PROSODIA
ECCLESIASTICA
PETRI ANTONII
NICOLINI-ALCALA'
à Briatico Vlter. Calab.

Ad pronunciationem non sacri quoq;
eloquii accommodata.

Cum aliquibus ad Græcam
lectionem Rudimentis:

Necnon in calce quadam superad-
dita latini accentus cum
Italo concordantia.



NEAPOPI CIƆ. IƆ. CVC.
Apud Hyacintum Pittantem.
Superiorum Facultate.



Eminentiss. & Reuerendiss. Domino Domino Colendiss.

F. VINCENTIO MARIÆ

S. R. E. Tit. Sancti Xysti Presbytero Cardinali VRSINO ROMANO Ordinis Prædicatorum,

S. Sipontinæ Ecclesiæ primùm, mox Cesenatensis, & in præsenti Beneventanæ Metropolitæ Vigilantiss. Studiosorumq; Mæcenati Amplissimo.

Petrus Antonius Nicolinus, y Alcalà Briaticen. S. O. O.



MIrabitur fortasse aliquis, immò certiùs impudentia notabor ego à

quoquam; quùm hæc, quæ ſex humilibus humillima sūt, iolia talem, ac tantum appellare videntur Mæcenatem. Verùm Eminentiſſime Princeps, tui experta moris Humanitas; à tua ſumma recepti Benignitate favores; tuo ſublimi obſervantia merito, Vrbis, Orbiſque profeſsa: cæterę que tui ſupereminentis Animi dignitates; & me ad tuis in tributū ſubjicienda pedibus, unà cum libello (cujus vel Argumentis, etiam his non obſtantibus, advolaret.) devotiſſimi in te mei, & obligatiſſimi obſequii teſtimonia; movent, ſuadent, com-

pel-

pellunt:& pariformiter à Cẽſorum ungue tuentur. Proſodia. Eccleſiaſtica à me in gratiam eorum, qui ad ſacras Deo laudes (quatenùs ſonorè, & concinnè, ac debita cũ oris concordantia ea promant, quę concordi pariter cordis devotione ſummo tonanti Domino fundere debent) pro quantuliſcunque ingenii, temporiſque viribus nuper extructa: hæc ſors eſt principalis mearum primitiarum, quas in lucem edo. Iure igitur merito Emin. Tuæ conſecratur; quam, cùm zelo in ſuos, tùm exemplo ex ſe; in utraque, interiori ſc. exte-

rioriquē in divinis Canticis concinnitate præſeferentem, & latam, & fama, & veritas ipſa fatetur: à fortiori, quùm ſola in te virtus iſta non ſit: nam, nedùm in hac; verùm, & in aliis cuiuſcunque generis [à quibus talis prædicaris vir, tantus Heros!] ipſa vel inuidia te ditiſſimum, ornatisſimumque propalat. Admiranda eſt in Rectore, Paſtore, Patre; Proſapiæ nobilitas: *ex Præſtantiſſimis* etenim, juxtà Philoſophúm, *Præſtantiſſimi naſcuntur*. De tua, vel ab ipſo Vrbis origine sēper Illuſtri; sēper Auguſta Progenie aliquid dicere, de-

tra-

trahere potiùs videretur, qui oculis non aquileis ad lumen Familiæ VRSINORVM, sine hallucinationis pœna regi crederet, præsumeretvê: est nanque tot decorata Heroibus à meritis, à virtutibus; quot à natura, à fatis fœcundata capitibus. De quibus, timens nè convicia describerem, pro œncomiis: si sic sũmatìm in brevi Epistola hujuscè Generis glorias epilogandas cautus assumerem; ad tot, tantæque authoritatis Scriptorum volumina notitiam consultiùs refero. Neq; Purpuram illam, quæ jure merito tuos dignissimos te-

 git

git humeros, in exarandis tuis undequaque eminentissimis prærogatiuis; genis tuis velim impingere modestissimis. Dum ubique pateat, te (pompas ut seculi aufugeres) seculum ipsum aufugisse; quùm amplissimi Ducatus GRAVINAE, &c. tibi Primogenito debiti: huius, inquam, dominio posthabito, Gusmanenses lanas pro chlamyde, invitis omnibus, elegisti. Nec postea ad Præsulatus (immò neque ad ipsam Purpuram) acceptandos, nisi vel obedientia coactus, vel in gregem Domini zelo impulsus; adduci unquàm valuis-

ſuiſſes. Hoc unum in Emin. Tua obſequentiſſimus æquè admiror, ac veneror; commiſſorum tuæ paſtorali ſollicitudine Populorum gloriā. Etenim, ſicut *Aſperius nihil eſt humili, quùm ſurgit in altum: Cuncta ferit, dum cuncta timet: degerit in omnes*: prout eruditiſs. docet Claudius; ſic regimen nō habetur Suarius, fœlicius, quàm eſt illorum, qui de alto ad altum aſcendunt. Sicq; vel ipſe teſtis optimus, qui de ſacro Prædicatorum Ordine aſsūptus: & priùs de Excellentiſſimo VRSINORVM ſtypite (ſeculis, ſi non ſeculo) ſty-

pes; ad SS. Sipontinam, Cesenaten. & tandem Beneventanam, ubi fœliciter regnas, Ecclesias: in ipsis, & ipsarum singulis talem, & tantum te demonstrasti, reddidisti; respectiveque demonstras, reddis; qualis, & quantus existens, nemini fermè videare secundus: præsertim verò in conditionibus illis, quas D. Chrysostomus in ejusmodi optabat: ut sint nempè *nulli humanæ perturbationi, vitioque subjecti*. Quid de à Doctore Gentium requisitis es profectò *vita irreprehensibilis, prudentia incomparabilis, castitate invincibilis, &c.*

&c.! Tuę singularissimæ virtutes eiusmodi sunt cõditionis, vt vel singulæ [ad comparationem statuarum lysippi decem supra sexcentas] tuum coronare caput, cùm Terris, tùm Cœlis mirabiliter valeant! Quęque te verum declarant Pastorem secundùm cor primi Pastoris CHRISTI! Quē te dicā:alterū VINCENTIVM? *merita, & prædicatio* sic te reddunt *illustrem*; ut omnes *tuis instruantur exemplis*, & *ab omnibus, in hoc* seculo Emin. tuæ *patrocinio liberetur adversis*! Alterum THOMAM?

mira eruditione adeò *clarus*, *& sancta operatione fœcundus*; tuos facis, *quæ doces intellectu conspicere: & quæ agis, imitatione complere*! Alterum DOMINICVM? *meritis, & doctrinis* ornatus, tua vigilantissima sollicitudine animas nō poteris *temporalibus destitui auxiliis*, *quas spiritualibus* curas *proficere incrementis*! Alterum PAVLVM? ecce *omnia factus omnibus*! & quod Divo Malachiæ S. Bernardus, tibi quàm convenientissimè dicimus: *Totus tuus, totus omnibus*. Domine IESV deniq;

fi-

fidelem, Apostolum, sectatorem te dicam optimum, qui, quod *verbo doces*, *firmas exemplo*, *& animam tuam Bonus Pastor pro ovibus tuis ponere non formidas*, prout in te mirificè expertũ, non semel, aut iterum; fama testatur, sed quotiescunque Principum vexatio quicquã in tibi commissos greges, minus justè attentare presumpserit. Et inter cætera magnanimam tui animi placiditatem, vt verè dicaris *mitis*, *& humilis corde*, de qua tantam capiebat Dominus ipse gloriam, & quam apud

vel

vel ipſas Gentes moraliſſimus Seneca tali ſollicitudine in ordine ad conſtitutiuum Magnatis cujuſpiam; requirebat; *Nihil quicquam, inquit, magnum eſt, niſi quod ſimul & placidum*: Hanc in te centenis tubis non canit Orbis? maximoperè, quùm hæc in te ſapientiæ illi ſociatur, de qua Phocylides; ἄτρου'ς, ϗ πόλιας σοφία, ϗ νῶν κυβέρμα· & quibus modeſtiæ tantum adhibes, vt planè de te Iſiod. Peluſ. (eſtò hyperbolicè) ſine hyperbola ſcripſiſſe videatur; *Verum, & natiuum modeſtiæ ſimulacrũ*.

Sed

Sed væh nimis audenti. Modestiam hanc, quam celebrare incipio, potiùs offendere videor: quousque commemorata Purpura super Petri Solio (quod tibi, faxit Deus, promeritis adprecor) in universi subsidium, præsidiumq; non immutabitur. Ignoscas rogo ausum: compatere devotionem: & potiùs tuam incusare memineris Dignitatem, cujus vi coactus, hucusque progressus sum in hujusmodi famulatus protestationibus: quas, omni, qua par est, obsequentia; iterùm, atque interùm, & in ævum

pro-

profiteor humillimus Meique ememor, vive. Vale. Ex Seminario Gravinen. Nono Kal. Majas Redemptæ salutis, Anno sesquimillesimo, triederide sexagesima quinta.



Typographus Lectori.
S. P. P.

P*Aucis te volo, Lector Amice. Quicquid in aliorum voluminibus sparsim, confusè, vel prolixè habetur, in ordine ad concinnè loquendum: cujus tanti momenti est ubique necessitas, maximoperè in cœlestibus Canticis: id totũ, vel in hoc uno, & perbrevi nostri Nicolini Opusculo eruditè simul, & dilucidè tibi nunc perhibeo. Esto igitur gratus accipito placidè, & plenè, laudato; cavens, nè Critico, seù Aristarchio perstrinxeris ungue: nam Authoris modesta humilitas ipsi propria ostentatio nequaquàm, sed tuæ educationis, ad majorem Dei gloriam, obiicitur Incrementum. Vale.*

Au-

AVCTOR
Ad Clericos Seminarii Gravinen.

LAudate Dominũ in cymbalis benesonantibus; *ps.* 150. Fideles ad laudandum Dominum, sed in cymbalis benesonantibus, per os Prophetæ Spiritus Sanctus invitat. At, quæ sint ista benesonantia instrumenta exquirentibus moralis respondebit Expositor. Cõcordantia nimirùm recti cordis cum voce laudantis. Historicus verò de externo, etiam vocis modulamine intellectum propoponit: equidem, sicut cordis affectus externę laudi respondens, eidem forma erit, & vita; sic pariter vocis concinnitas concordis Deo mentis est expressiua: ex abundantia næ cordis os loqui, spiritus idẽ alibi docuit. Dicimur itaque in cymbalis benè sonãtibus laudare

dare Dominum, quùm in ejus laudibus interiùs, exteriùsque uniformes reddimur: etenim in psallentibus debēt ex præcordiis sonare præconia; ac,ut par est, convenire corda voces, & opera. Modulatio autem hujusmodi,vel cum cantu,vel sine eo seruari poterit. Cum cantu laudes Deo in Ecclesia promere, bonum profectò est, & apud Cattholicos rationabiliter approbatum: gratia devotionis in fidelibus populis excitandæ, atque Angelicos choros imitādi, qui divinum illud trisagiū: Sanctus,Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth, ante summitonantis Dei Majestatē proni, nunquàm canere cessant. Quia verò non omnes, vel quia parùm imbuti, vel quia minùs idonei musicis elementis vacare valent: & ut plurimùm, nimirùm impunè: non enim ubiquè, sed ubi vult, quæ gratis dari dicuntur dona; Dei spiritus

tus spirat. Hinc, an alio quopiã modo provideri, vicesque cantus aliundè suppleri possint, videamus, oportet. Et quidem, vel ipsa Canticorum concinna prolatio, pro cantu sat erit: (prędsertìm verò, quùm nec omnia, semperve liceat efferri musicè) etenim qui bene cantat, sæpè sępiùs malè leget: at qui benè legit, semper benè suo modo cantaverit. Immò non tantùm sola vocis concinnitas in benè recitandis; ac privato ritu pronunciandis orationibus, sacro-musicalis harmoniæ partes supplebit; verùm &, quò facilior, & frequentior, eò tutior, ac modestior in psallentibus experitur abundè. Nonnè summa cũ cautela est cantus hujusmodi habendus: nè, quod foris sub specie laudis exprimitur; intùs sit prorsùs à Dei laude remotũ: aut etiam, quod & deterius, spirituali culpæ obnocuum? Aquila quippè Doctorum Augusti-

nus

nus 10. confess. postquàm de cantu Ecclesiastico dixerit: adducor cantandi consuetudinem approbare in Ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmorum animus in affectum pietatis assurgat; super modo in cantu in ipso tenendo subjunxit: Si plus cantus, quàm res, quæ cātatur, me afficit; pænaliter me peccare confiteor: & mallem non audisse cantantem.

Sanè quidem, dilectissimi, facultatis hujusce esset quàm facillimè compos, quicumque Artimetricę quondàm vacasset: nam benè pronunciandi canones ex regulis syllabicæ quantitatis apud latinos inexcepto dependent. Nec ullatenùs copiam desuper desiderandam sinit majorum solertissima sollicitudo: en quot, qualiaq; & quanta hactenùs de humanis litteris emanavere volumina. Porrò, quia alii sublimiora sectantes, ad hęc, tanquàm ad humiliora declinare

re [quandoque, ubi sermonis; decùs aliud postularit, minùs prudenter) abhorreant: alii verò quoniam metricam facultatem nunquàm fortasse, vel a liminibus salutarint; ipsius propterea prorsus expertes, ad accētuandi captum, se omninò credunt inhabiles: undè, quæ Præceptore duce dociliores non didicerint, ætate tenaciores evasi, de cætero suo addiscere marte stupescunt: maximè verò apud Authores illos, qui proprii cuiusque instituti ordinem sequuti; ac proindè se vel obscurè, vel prolixè, seù aliàs quoquomodò minus tyronicè, vel rudimentaliter gerentes; Tyrones ipsos, nec non alios estò introductos, sed minùs, quàm oporteret, versatos; ad sui operam, studiumque parùm deditos, aptosvè reddere solent. Indè est, vt huiusmodi libris non obstantibus, nec etiam novissimi, ac æquè eruditissimi Ric.

ciolii Prosodia Refor. Bonon. quæ copiosa nimis,& fuso calamo, cùm in præceptis, tùm in indice, per Italiæ fines, & extrà vagatur: quarè in manibus omnium præstò non est: præsertìm, quùm de utrisq; scilicèt de metro, & de soluta oratione,unico egerit contextu, more Priorū. Idcircò, inquam, novum desuper opus adhuc desiderari videtur: vt nempè peculiaris aliquis elaboretur tractatus, in quo de ratione bene pronunciaudi canones clarè, breviterq; ex Grāmaticorum fontibus exhauriātur: nè amplius in antea confusione, vel labore nimio, ex quibus tædium, neglectusque ferè oriuntur; afficeretur quisquam, qui ad hanc Professionem intēderet, acquirendæ soliùs pronunciationis ergò,non metri.

Quùm autem autem id,impari quippè, mihi per plurimos non vulgaris eruditionis pernecessarios Neapoli, alibique pro-

posi-

positum, hortatum, approbatumque, & requisitum fuisset; animo priùs suspensus aliquandiù perstiteram: putabam siquidem laborem penè superfluum post tot, taliaque, ac tanta majorum scripta futurum: vel saltem minùs placidè eruditis acceptum iri à calamo tam agresti. Post verò Amicorum prudentiæ cedens, meamque aliorum opinioni postponens, gratisque suasionibus libenter obtemperans; opus pro Reverendi Cleri commodo, ad finem de sacris laudibus antedictum, pro posse assumpsi: quo diligẽs quisque voti compos sufficienter esset; & facti excusationem negligens quispiam haud ultrò caperet. Neq; imitationis principium defuit: nam apud duos mihi anonymos hoc initiatum reperi: quorum alter antiquior in quodam opusculo sub nomine Cassilinæ judiculum vocabulorum ex sacris Bibliis cum
pe-

penultimæ quantitate, alter verò in quodam manuscriptulo nonnullas voces ex lectionibus Breuiarii simili forma recensent: & in vocab. Ecclesiast. quot voces penultimæ quantitatem ad finem prędictum ostendunt? item ad quid in Missalibus, Breuiariis, Martyrologiis, reliquisque libris Choralibus accentus apices, qui in cęteris penè desueuerunt; conseruantur? Nemò tamen est, quoad ipse sciam, qui regulas desuper aliquas hactenùs tradiderit aliquas; quę tàm sollicitè desiderantur apud Regulares illos, quorum Constitutionibus expresè iniungitur, vt circà benè accentuandum, & pronunciandum solertissimè inuigiletur. Tandem per Illustriss. & Reuerendiss. Dominum, Dominum meū Colendiss. F. Marcellū de Caualeriis Bergomen. Sacri Præd. Ord. huius Sanctæ Grauinensis Ecclesię Zelantissimum Pręsulem in vestrum Re-

ctorem, atque in humanis litteris Prosodiascalum[minùs estò meritò) prępositus;de huiusce [rudi licèt arena) elaboratę opellę quęsitus, seù veriùs jussus, editione; ipsam nunc in lucem edidi : in qua pręceptiones illas pono,quas ad intentam,assumptamque rectę pronunciationis methodum immediatè, vel mediatè ; directè; vel indirectè, necessarias,seù saltem utiles duxi : reliquis ad metrum tantum attinentibus prętermissis . Verùm notetis, velim,alia ad accentuationem attinentia, quæ Tyronibus necessarias non credidi;breuitatis ergò alibi perquirenda remitti : quæ verò, quantis metri propria ad regulę cuiuspiã, vel alicubi curiositatis gratia amabilia consideraui ; ponere non displicuit: sicut interdum aliqua claritatis studio repetere non piguit. Erit quoq; Tractatus hic manuductio quorumcũque ad intelligenda , quę fusis

cala-

calamis alii ſuper materiis huiuſcemodi ſcripſerint: præcipuè verò antedictus Ricciolius. Dicitur Proſodia Eccleſiaſtica ob principale obiectum, quod nobis educatio eſt eorum, qui ad ſacras Deo laudes, Clericatus, vel Religionis vinculo adſtringuntur: veruntamen ad omne quoque pronunciationis genus in oratione ſoluta, canones hi attinent: quarè nedùm vos, cæterique in ſanctorum ſortem vocati, & ad horas Canonicas vincti; verùm & veſtri quicunq; dilectiſſimi pariter condiſcipuli uti poterunt hoc libello: quibuſcum, unà vobiſcum alios omnes lectores candidatiſſimos reſpectiuè conteſtor. In alterò demùm tomulo, non modò ex lectionibus Breuiarii, vt præfatus in manuſcripto; ſed ex Epiſtolis quoque Evangeliiſq; miſſalis præcipua, & non vulgaris quantitatis vocabula: ubi etiam copioſius Proprinomium San-

ctorum ex martyrologio exaranda sperate.

Accipite vos igitur studiosi Adolescentes nobilis huius, ac ęque pii Seminarii Alumni, vel Conuictores; Sacrosancti Concilii Tridentini, opera vestri pręfati Amplissimi Antistitis, fœcunda soboles: accipite, inquam, gratis animis has vobis, &c. elaboratas elucubratiunculas: quas in melius redigere Deo dante, non decro; sicut neq; de Artis versificatorię complemento vos, cęteroq; relinquam expertes. Has meditamini, his fruimini, in his exercitamẽtum habete ad finem prędictum, ut rectè, sonorè, & concinnè sacra Deo Cantica enuncietis, principaliter, & ex instituto. Si verò aliquid minùs rectum offendetur; excusetur amabò, & ob varia, quas non ignoratis, nimiasque meas occupationes, & temporis tenuitatem. Sin aliquid boni, proficuique; gratias Deo

Op-

Optimo Maximo omnium bonorum Authori, ac indegentiũ Prouisori Aeterno: cui honor sit, laus, & gloria in secula seculorum. Amen. Vsq; iterùm dilectissimi, pro me ipsum orantes, fæliciter in ipso viuatis, rogo. Valete.



PRÆLVDIVM.

PROSODIA, siuè PROSOEdia, græcolatinum nomen est, quod apud Nos accentus interpretatur: componitur namque ex πρὸς, idest ad, & ᾠδία, idest cantus: undè prior D, in G, & posteriore A, in E, versis, προσῳδία, idest Ad Cantus, transit in vocé accentus.

Variè apud Latinos scribitur, legiturque hoc nomen propter diphtógon ῳ, idest omega iota subscripto, quæ una est græcarum impropriis, & apud Latinos vertitur in diphthongon OE, & aliquando in simplex O, Despauterius profectò tátæ authoritatis vir Georgio Vallæ innixus præcipit, vertendam esse in hoc nomine per diphth. OE, ut in Comœdia, Tragœdia: est enim illud, cum his eiusdem originis. Et quidé lexicon græcum Tusani, Thesaurus magnus linguæ latinæ, Calepini exemplaria optima, Aldus Manutius, aliique, cú Gellio apud eruditissimum P. E. Al-

ua-

narez, &c. hi omnes conueniunt in ſcribendo hoc nomine per ω diphth. in anteph. ſicut Κο'μωδία, τραγῳδία Aliis verò, ut, dictus Emman. ac nouiſſimus P. Ricciolius, cum pleriſq; non vulgaris æſtimationis ſcriptoribus; placet ly ω per ſimplex O, verti in προσῳδία, ſic Proſodia, nõ Proſœdia per Oe, diphthon. Hinc eſt, vt, nè hoc ſcriptulo licentioſus ego feli alligare videar tintinnabulum; communiorem noſtræ Italiæ uſum ſectans, deſpauterianis non reprobatis, alios imitari operæ pretium duxerim. Et nimirùm; ſicut non omnes ſemper verſionem ω faciunt per Oe; ſic nec omnes ſcriptum referunt hoc nomen per diphthon ω: nam aliqui ſcribi volunt per ſimplex ω. Quapropter utrique parti pro canone aſtipulantes, praxim amabiliùs à noſtratum uſu captabimus.

Sed hactenùs de nominis huius ethimologia, ac orthographia: videamus modò quid de accentu ipſius, regula, quidvè uſus expoſtulet noſtras. Sanè quidem, quotiès priorem, verio-

remq;

remque ſententiam cum deſpauterianis quibuſque (quales ſunt Pelliſſ, Pantaleõ,&c.) ſequi placuerit; Proſœdia potiùs pen.corr. offeratur: nam ea quantitate breuis eſt, & in ſimilibus uſu corripitur, ut Comœdia, &c. Si verò poſteriorem cum Italiæ uſu; Proſodia potius pen. prod. enuncietur: quamquàm breuis illa de ſe fuerit: quia in noſtra Italia quamplures peregrinæ voces (ſicut ſuis locis infrà dicemus) contrà quantitatis regulas pronunciari conſueuere. Animaduertimus tandem, non eſſe clauſis oculis barbariſmo notandum, qui per diphth. œ, & pen.prod. maluerit enũciare: quia cum acuto in pen. a præfatis Authoribus græcanicè ſcribitur. Immò nota huiuſmodi potiùs legentes per ſimplex o, Proſodia, & pen.corr. afficiendi eſſent: quia uſum in littera, non in accentu, ſuo arbitratu ſectari viderentur. Proceſſi autem in his prælibandis: quòd tam clarè hactenùs meminerit nemo.

Proſodia igitur ſtrictè ſumpta,

Ars

Ars est, & specialis Ratio rectè pronunciandi, quæ loquimur. Hinc eius nomen ad vlteriorem significationem extendendum non foret. Nihilominùs, quum hiuiusmodi pronunciandi facultas, nisi per canones metiendi in grammaticis haberi nequeat: indè est, vt & largiùs ab optimis Authoribus usurpetur. Quæ dicitur quoq; Ars, & specialis Ratio syllabas metiendi: ac (quod licentiosiùs) carmina componendi, quæ veriùs græcè stithologia, iuxtà despaut; latinè verò Arsmetrica, seù versificatoria nũcupatur.

Ast, quùm per omnes huius disciplinę Professores, regulę quantitatis priores in ordine sint, quàm regulę pronunciationis: (& meritò quidèm, vt agiliori captu ad has posteriores semita patefiat: cur enim accentus methodus à quantitate, à qua ortum ducit, non capessetur?) ideò de quantitate breuiter pro instituto precepta primo loco proponam: deindè vero de accẽtibus in secunda Par-

te: & tandem in tertia subiungam de quantitate, & accentu simul, in pen. Proprinomii Sanctorum; ubi etiam opus Rudimenta græca, de quibus nonnihil summis labiis libabimur, coronant. Undè



EMINENTISS. SIG.

Giacinto Pittante Stampatore di questa Fedelissima Città supplicando espone à V. E. come desidera stampare un libro intitolato *Prosodia Ecclesiastica*. Autore D. Pietro Antonio Nicolino, supplica perciò l'Em. V. concederli le solite licenze, e l'hauerà à gratia ut Deus.

℟. Dom. D. Siluester de Fusco videat, & in scriptis referat, die 22. Martii 1695.

IO: AND. SILIQ. VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Can. Dep.

EMINENTISS. AC REV. DOM.

Librum inscriptum *Prosodia Eccles.* Authore D. Petro Ant. Nicolino, dilig. perlegi, & cũ in eo nihil sit, quod fidem Orthodoxam, aut probas mores, nec lædat, nec maculet imp. posse, reor; si ità Em. Tuæ vid. Neap. 22. Sep. 1695

Em. Tuæ Reuerendis.

Humill. atq; Obseq. Famulus
Siluester de Fusco.

Attenta relatione sup. Reu. Dom. Reu. quod pot. imp. Imp. die. 1. Oct. 1695

IO: AND. SILIQ. VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Can. Dep.

ECCELLENTISS. SIG:

GIacinto Pittante Stamp. in questa Fedelifs.Città, suppl. esp. a V.E. come desidera stampare un libro intit. *Prosodia Ecclesiast.* Auctore D. Petro Antonio Nicolino. Per tanto supplica V. Ec. restar seruita ordinare la reuisione à chi meglio li parerà, che il tutto riceuerà a gratia, ut Deus.

V.I.D.D.Emanuel Cicatelli videat, & in scriptis referat.

MIROBALL. R. GASCON R.

Cæteri Ill.& Spect. non interf.

Lombardus.

ECCELLENTISS. DOM.

OPus hoc, quod inscribitur *Prosodia Eccles.* Auctore D. Petro Antonio Nicolino, iussu Exc. Tuæ perlegi, nihilq; in eo reperi Reg. Iurisdictioni aduersum, imò omnia consona, & suo Auctore digna quare dignum puto, ut Typis mandetur Neap. die 30. Iunii 1695.


Exc. Tuæ

Addictiss. Seruus
Emanuel Cicatelli.

Visa supradicta Relatione. Imprimatur, verùm in publicatione seruetur Reg. Pragmat.

SORIA R. MIROBALLVS R. GASCON REG.

Lombardus.



PARS PRIMA.

De notitia syllabicæ quantitatis.

Præmonita.



ER Stithologos, seu Artemetricos triplex syllabarū ordo describitur: primus, medius, & finalis: & hinc quæque syllabæ dicuntur, vel primæ, vel mediæ, vel finales seu vltimæ.

In dictionibus trisyllabis prima dicitur prima, secunda media, tertia verò finalis: vt anima. In tetrasyllabis, vt Melchisedech, cæterisque prosyllabis, vt Nabuchodonosor, &c. prima

dicitur prima, & vltima finalis: reliquæ intermediæ omnes mediæ dicuntur. In dissyllabis, vt Petrus, prior prima, posterior finalis dicitur. In monosyllabis tandem syllaba illa finalis nuncupatur, vt Lux. Quarè in regulis mediæ syllabæ nullo modo includuntur dissyllabæ, & monosyllabę: nec monosyllabæ ipsæ in regulis primę.

Et hæc præmonita sint pro cognitione ordinis. Pro cognitione verò quantitatis pręnotatur, in triplici pariter genere syllabas constitui: vel enim sunt longæ, vel Breues, vel communes: quod idem est, ac dicere per synonyma tardæ, vel acutę, seù productæ; graues, vel correptæ; & ancipites, vel circumflexæ.

Cognitio quantitatis in dissyllabis parùm, aut nihil ad pronunciationem attinet nostra hac tempestate, & multò minùs in monosyllabis: solumodò enim obseruatur in Polysyllabis, & in ha-

harum penultimis, vel antepenultimis tantùm. Et hoc propter clarissimas rationes inferiùs in altera parte assignandas. Hinc regulę de quantitate mediarum solummodò viderentur pro instituto apponendę. Verùm, quùm quamplurimæ syllabę, quę cęteroquì primę, vel finales suaptè natura forent; in compositione adnumerari sępè numero euenit: vt amo, adamo, sequor, consequor, dico, indico, pono, compono, ea eadem, mea mea, que, meauè, meauè, &c. ideò inquam, nedùm de mediis, verùm etiam de primis, & finalibus summatìm hîc omnia, & singula exarabimus; quatenùs ad rectam pronunciationis directè, vel indirectè, principaliter, vel accessoriè spectant.

Regulę igitur quantitatis syllabarum multæ in Artemetrica assignantur, quas nos ad hunc ordinem reducendas duximus.

Prima, vocalis ante vocalem

in latinis.

Secunda, vocalis ante uocalem in Peregrinis.

Tertia, diphthongus.

Quarta, vocalis ante consonantem in mediis.

Quinta, vocalis ante consonantem in primis.

Sexta, positio, & liquescentia.

Septima, compositio.

Octaua, deriuatio.

Nona, diminutio.

Decima, præpositio.

Vndecima, incrementum verborum.

Duodecima, incrementum nominum.

Tertiadecima, prior pars cõpositi.

Quartadecima, pręteritum dissyllabum.

Quintadecima, pręteritum.

Sextadecima, supinum dissyllabum, &c.

Decimasep. terminatio gemin.

Decimaoctaua, accentus.

Decimanona, exemplum.

Vigesima, & vltima est figura, quę licèt inter regulas adnumerari non deberet; ponitur tamē: quia nonnihil ad excusatę quantitatis cognitionem, sicut exemplum, conducit.

De quibus sigillatim, assumpto breuitatis, & claritatis more loquemur. Sit ergo.

REGVLA PRIMA.

Vocalis ante vocalem in vocibus latinis.

Regula generalis: Omnis syllaba vocalem desinens, sequente altera syllaba à vocali incipiente in latinis vocibus breuis est, vel, corripitur quæcunq; vocalis ante alteram vocalem in latinis vocibus immediatè existens: vt ardeo, doceo, facies, fidei, meridies, &c. p. c.

Exceptio. Longa est vocalis ante vocalem latinam in Dio, quoties post se non adsit R ut sa-

tisſio p.p. fierē ſieri p.c. ad metrū attinent. Item longa eſt E inter duas I poſita in nominibus quintę declinationis: ut diei, ſpeciei, &c. p.p. Quod ſi non adeſt I ante E, ea breuis eſſet, iuxtà Reg. gen. ut fidei p.c.

Communis eſt in metro I in genitiuis in IVS; ſed in proſa ſemper producitur: ut illius, ipſius, iſtius, totius, unius, &c. p. c. p. Vndè tamen ſubexcipitur alterius ſemper pen. corr. & genit. alius ſemper pen. pro.

REGVLA SECVNDA

Vocalis ante vocalem in vocibus peregrinis.

PRemonitio. In græcolatinis hebraicolatinis, cæteriſq; peregrinis uocibus uocales ante alias uocales non habent certam regulam: ſicut in latinis. Nam in aliis longantur, & in aliis breuiantur: ut Michael, Raphael, Iſrael,

Israel, Antiphona, metheora, &c. pen.lõ. Theologia, Vngaria, &c.pen. bre. quorũq; utrũq; genus contrà quantitatem Italiæ vsus enunciat. Quocircà usus potissimum commendatur: ne peregrinarum vocum minùs æquè pronunciatio affectetur. Regulæ verò, quæ ex Authoribus in huiusmodi colliguntur, hæ sunt.

A ante A.

Reg.gen. A ante A breuiatur: vt Nasica p. c.

Exc. commune est Abraham: sed apud nos corripitur.

A ante E.

Reg. gen. a ante e breuiatur: ut Danae, Pasiphae p.c.

Excep. longa sunt in ael, terminata: ut Israel, Michael, &c. quæ contra quantitatem nostri, ut modò diximus, corripiunt.

A ante I.

Reg. gen. a ante i breuiatur: ut Phocais, Thebais, &c. p.c.

Exc. longantur genitiui anti-

qui, qui nunc apud solos Poetas habentur animai, aulai, terrai, pro animæ, aulæ, terræ. Sinai solùm pro sinæ, & contra quantitatem in Italia correptum, usurpatur in sacris.

A ante O

Reg.gen. a ante o longatur: ut Lichaon, Machaon p. p.

Exc. Breuiantur Gabaon, Pharaon p. c.

A ante V.

Reg.gen. a ante u longatur: vt Archelaus, Nicolaus p.p.

Exc. breuiãtur calaus, danaus, granaus, œnomaus p.c.

Adnotatio. Longa essent Capharnaum, & Esau: sed contrà quantitatem in Italia corripiuntur.

E ante A

Reg.gen. e ante a longatur: ut ægeas p. p.

Exc. Breuiantur boreas, & alia per s.

Adn. variantur in carmine Andreas, Choreas, Platea p. b. sed nostri producunt.

Ae-

Aeneas quidam vi in Actibus Apostolorum breu.sed prod Aeneas Dux Troum.

E ante E.

Reg. gen. e ante e breuiatur: ut Nemee p.c.

E ante I.

Reg. gen. e ante i, longatur: ut Echineis p. p.

Exc. variantur Aeneis, Nereis. p.c. anc. quibus usum consule.

Adn. genitiui in ει diphth. quādo soluuntur, breues essent propter ε. Verùm tutius locorum usus seruetur: quia alia e correpta, alia producta videntur: vt Achillei, Nerei p. c. Orphei p. p.

E ante O.

Reg. gen. e, ante o, breuiatur: vt Pantaleon p.c.

Exc. longantur Ethneon, Lageos p. p.

Adn. variatur Gedeon, quod tamen iuxtà usum pronuncietur

Atheos, idest lux, prod. Otheos idest ò Deus, ad metrum attinet: quia duæ sunt dictiones.

E ante u.

Reg. gen. e ante u, longatur: ut Alpheus p. p.

Exc. Breuiantur Dorotheus, Timotheus p.c.

Adn. variatur Zebedeus, quod melius per æ, diphth. in pen. scribitur: ac proindè in prosa producitur.

Item variantur nominatiui in ευς: vt Achilleus, Orpheus, Theseus, &c. qui quando soluta diphthongo proferuntur breues essent, ut genitiui in ει: attamē non omnes corripiuntur. Nam aliqua sonoriùs contrà quantitatem solent nostri producere: ut Orpheus p.b.p.

I ante A

Reg. gen. i, ante a, breuiatur, vt Helias, Symphonia, Theologia p.b.

Exc. Longantur quæ ex ει diphth. pen. in i, faciunt: ut Alexandria, Antiochia, Latria, Litania, Thalia, &c.p.p.

Adn. Quamplurima huiusmodi

di solent in Italia contrà quantitatem enunciari: vt Eucharistia, Philosophia, Prosodia, Symphonia, pen.bre.prod. & è contra; vt Antiochia pen.bon. & apud nonnullos correp. sed careat quisq; nè affectantiam, vel abusum fortasse incurrat. Nàm benè Theologia propter usum produci: nō tamen tam de facili licebit Alexandria corripi.

I ante E.

Reg. gen. i, ante e, breuiatur: ut Gabriel, Salathiel, Salthiel p.c.

Adn. Hęc possunt in carmine variari.

I ante O.

Reg. gen. i, ante o, breuiatur, ut Agios, Ilion, Topazion p.c.

Exc. Longantur propria in ion: ut amphion, hilarion, orion p.p.

Sed hinc subexcipiuntur Asterion, endymion, melachion p.c. & alia huiusmodi Ecclesiasticis ferè non occurrentia.

Item long. enyo, & nerios, cū

aliis à sacris planè remotis.

I ante V.

Reg. gen. i, ante u, breuiatur: Iulius, Pompeius, Priameius p. c.

Exc. longatur Brauium, & Darius p.p.

Adn. Arius populus pen. lon. Artirus proprium cuiusdam Hæresiarchæ pen. bre.

Bacchius, & lycius adiectiuū à lycia bre. pro alio sensu lon.

Eugenius, Graphium, & Scophium variantur: in quibus usus consulatur

O ante A

Reg. gen. o, ante a, breuiatur: ut in stoa.

Adn. Variantur per Christianum eōa, siloa: sed in prosa usus commendatur.

O ante E

Reg. gen. o, ante e, breuiatur: ut Aloe p. c.

Exc. longantur quædam ad ad metrum attinentia: ut Noe

Adn. Heroes ab Hecos; & huiusmodi, longantur ratione incre-

crementi, ut infra. Reg.12.

O ante I.

Reg. gen. o, ante i, breuiatur: ut eubois, opois, pirois, ſimois p.c

Exc. longantur deois, lagois p. p.

O ante O

Reg. gen. o, ante o, breuiatur: vt lacoon p. c.

o ante u.

Reg. gen. o, ante u, breuiatur ut alcinous, antinous, panthous p. c.

Exc. longantur achelous, pyrous p.p. & poſſeſſiua in ous, vt ab argo, argous, à gela, gelous, &c. p.p.

V, ante vocales ſequitur normã latinorũ, & breuiatur ubiq;

REGVLA TERTIA

Diphthongus.

REg.gen. Omnis ſyllaba diphthongo ditata longatur: tùm in peregrinis, cùm in noſtratibus: ut eædem, meæque; al-

alphesibęa, cæsaręa, dicęa, galilęa, matthæus, exaudis trisyll. p. p.

Adn. diphth. propter sequelam vocalis apud Latinos: ut in pręeo, pręustus, & aliis metri; breuiatur. At in peregrinis est perpetuò longa.

Diphthongi latinę, ac gręcę, quot, & quales sint; in altera parte subiungam.

REGVLA QVARTA.

Vocalis ante consonantem in mediis syllabis.

A, ante B.

REg. gen. a, ante b, in mediis breuiatur: ut Barnabas, Calaber p. c.

Exc. longuntur substantiua in abrum: ut candelabrum, velabrum, volutabrum: quia à longis veniunt.

Item longatur amabo blandientis interiectio: non auditis scio-

sciolis quibusdam per despauterium repulsis.

Adn. Barabas meliùs scribitur per duplex B: & semper pen.pro.

De temporibus in abam, & abo, ac eorum exceptionibus, dicetur in Reg. 11. inc. verb.

A ante C.

Reg. gen. a, ante c, in mediis breuiatur: ut monachus p.c.

Exc. longantur ancaches, benacus, cloaca, cochlaca, eumacus, Filimacus, Hippaco, lacis, Iacob, Laudace, limaca, meaçus, opacus, pastinaca, phęaces, phęnaces, portulaca, sampsauum, sarracha, valachi p.p.

Item longantur barbarolatina in acus, vel acum: ut Garlacus, dodracum p.p.

A ante D.

Reg. gen. a, ante d, in mediis breuiatur: ut melchiades p. c.

Exc. Longantur abbadir, angeladas, cicada, iader, iadra p.p.

Adn. Naiades, & Thoades per quosdam variantur: tu verò usu consule.

A ante F.

Reg. gen. a, ante f, in mediis breuiatur : ut Theasus p.c.

Exc. Longantur Carafa, Venafrum p. p.

A ante G.

Reg. gen. a, ante g, in mediis longatur : ut virago p. p.

Exc. Breuiantur abdenago, arcagas, apage, arpiages, astyages, atagen, catilago, lalage, naufragus p.c.

Item breuiantur composita ab ἀλλαγή, idest mutatio: ut Hyppallage, stratalage p.c. Composita ab ἀγρένω : ut Chiragra, Podagra p.c. composita ab ἀγρός, id. sylua : ut melager, onager p. c. et nomina. secundę in gus : ut lucagus, vertagus p.c.

A ante L.

Reg. gen. a, ante l, in mediis breuiatur : ut Italus, Tantalus, p. c.

Exc. Longantur Canalis, Caramalis, focale, Messala, Omphale, Pharsalos, Sardanapalos, p.p. Item

Item longantur deriuatiua in alis, vel ale: ut animalis,e;hyemalis,e,p.p.

Adnot. Abſalon,ſiue abeſſalō, & Hieruſalem inter longa recēſentur à deſp. tu verò uſum cōmenda.

A ante M.

Reg. gen. a, ante m, in mediis breuiatur: ut calamus, ſalamis, thalamus, p.c.

Exc. longantur alama, gangama, dictamum, philamum, theſmiama, p. p.

A ante N.

Reg. gen. a, ante n, in mediis breuiatur: ut Balanum,id glans, & hinc myrobalanum αμυ'ςο, id vnguentum: catana drepanum, Galbanum,&c. p.p.

Exc. longantur Bolanus, Garganus, Lupanar, Nicanor, numanum,Theanū,Romanus,p.p.

Item long.deriuatiua in anus: ut Chriſtianus, Humanus, Romanus, Sebaſtianus p.p.

Adn.inter breuia numerantur aba-

abana, apidanus, arana, aristophanes, astyages, ceramus, caranus, clibanus, conchani, dardanus, dissimanus, egbatana, eridanus, hispanus, illibanus, libanus, manganus, mauomanes, pytanus, rodanus, satanas, sequanus, Stephanus, susana, taprobane, tessimanus p. c. Cyane verò, & Sicanus: tu, velim, usum consulas.

A ante P.

Reg. gen. a, ante p, in mediis breuiatur: ut alapa colaphus p. c.

Exc. Longantur anapes, cynapes, caiaphas, iapix, isapis, mesapus, priapus, secapis, sinapi p. p.

A ante Q.

Reg. gen. a, ante q in mediis breuiatur: ut Tanaquil p. c.

Adn. utraque, quia vox composita est, ad reg. 17. refertur.

A ante R.

Reg. gen. a, ante r, in mediis breuiatur: ut dimochares, Lazarus p.c.

Exc. Longantur amarus, auarus, Baleares, megarus, tiara,

zo-

zodoara, noualara, singaris. Et deriuata in aris, vel are: ut molaris, e; solaris, e, p.p. prȩter hilaris, e p.c. item altare, cochleare, & pugillaris p.pro.

A ante S.

Reg. gen. a, ante s, in mediis breuiatur: ut caucasus, damasus. p.c.

Exc. longantur agaso, albumasar, amasis, iason, naason. p.p.

Adn. Parnasus meliùs scribitur per duplex s. & semper producitur.

A ante T.

Reg. gen. a, ante t, in mediis breuiatur: ut affatim, andabata, barathrum, calathus, cyathus. p.c.

Exc. Longantur propria in ates: ut achates, niphates, teutates. p.p.

Sed hinc subexcip. antiphates, callistrates, eurybates, ichnobates, lepathes, pelates, pherecrates, schenobates, zalates p.concp.

Item longantur aratus, ceratus, cicatrise, egates; erymatus, graba-

grabatus, hypata, vocat. Horati, leucate, lupatum, palatus, pilatus, Reate, tiphata p. p.

Adn. de supinis in atum, eiusq; deriuatis, cum exceptionibus; dicetur in reg. 16.

A ante V.

Reg. gen. a, ante u, in mediis longatur: ut cadauer, papauer, p. p.

Exc. Breuiantur Batauus, a, um; & durauus p. c.

Adn. abauus, i; Tritauus i, &c. quia composita ad sequentem reg. referuntur. Sicut, & prętęrita in aui; ut amaui; ad reg. 11.

E

E ante B.

Reg. gen. e, ante b, in mediis breuiatur: ut palpebra, tenebrę, p. c.

Exc. longantur alebes, chorebus, & ephebus, cum aliis à longis ortis,

Adn.

Adn. funebris, mulieribus corr. quia à breuibus oriuntur, vt funeris, mulieris p. c. variantur tamen huiusmodi in carmine propter liquescentiam, de qua in reg. 6.

E ante C.

Reg. gen. e, ante c, in mediis longatur: ut Rebeca, quæ tamen rectiùs scribitur ꝑ duplex b. p.p.

Exc. Breuiantur pherecles, & seneca p. c.

Adn. extrinsecùs, intrinsecùs, &c. p. c. qui à composita ad seq. reg. referas.

E ante D.

Reg. gen. e, ante d, in mediis longatur: ut Diomedes. p.p.

Excep. breuiantur almedon, & alia in μέδον. Alcimedes, andromede, cathedra, celedon, democedes, ependocles, essedum, exhedra, sebedus, macedon, melchisedech, synhedra, tenedos, unedo p.c.

Adn. obedis ab audis, & similia p. p. quia composita, ad seq.

vel

vel ad præcedere regulam attinent propter diphthongon.

E ante F.

Reg. gen. e, ante F. in mediis breuiatur: ut elefas, quod melelius per ph.p.c.

Adnot. benefac, malefac, tepefac; benefis, &c. quia composita, ad reg. 13. attinent.

E ante G.

Reg. gen. e, ante g, in mediis breuiatur: ut elegus, tristega, aliaque per ε. p. c.

Exc. longantur cethegus, symplegas. Item synegos, naupegus, & similia per η p.p.

E ante L.

Reg. gen. e, ante l, in mediis longatur: candela, philomela, p. p.

Exc. Breuiantur albimelech, arelas, angelus, ampelus, arelis, cybele, cybelus, cipselus, etelis, eutrapelus, hedymeles, icelus, nephele, obelus, pterelas, semele, sepelis à sepelio, sicelus, sthene-

nelus, stimelus, stipelus, thymele p.c.

Item breu. composita αὐτὸς: ut aristoteles, praxiteles, pyrgoteles p.c.

E ante M.

Reg. gen. e, ante m. in mediis longatur: ut blasphemo, as, & hinc deriuata; diastema, cremus p.p.

Exc. Breuiantur andremon, anemos, artemon, astranemus, auptolemus, neoptolemus, paralipomenon, ploxemum, polemon, solemus viri nomen, & vehemens p.c.

Adn. anathema pro quodam genere oblationis Deo, prod. sed pro maledictione, vel maledictio, corrip.

Item notentur, quæ dipht. habent: ut lacedæmon, &c.

E ante N.

Reg. gen. e ante n. in mediis longatur: ut agarenus, agenor, antenor, sagena p. p.

Exc. breuiantur diogenes, orige-

genes, aliaque orta ἀγενής p. c.
Itẽ bre. Antiphenes, Boufienes, & alia orta ἀσθενής p.c.

Item hæc alia: achæmenes, armeni, orum; afenech, celenus, clazomenæ, climene, climenus, diadumenus, voc. eugeni, eumenis, eurymene, hebenas, helenus, hippomenes, idaſmenus, iuuenis, melpemene, miritenes, miſſumenos, nyctimene, olenis, olenus, occhomenus, ormenis, parmeno, parthenos, pemenis, periclymenus, porſena p. c.

Adn. Origenes à Riga inter longa refertur: ſed præſtet regula.

E ante P.

Reg. gen. e, ante p, breuiatur: ut telephus p. c.

Exc. Longatur æſepus, ioſephus p. p.

Adn. notentur hypepa, ſynaloepha, aliaque diphthongata p. p.

E ante Q.

Reg. gen. e ante q in mediis breuiatur: ut pediſſequa p. c. quod à ſequor venit.

E ante r

Reg.gen.e. ante r. in mediis breuiatur: ut inferus, superus p.c.

Exc. Longantur acheron, cathera, cithere, hiera, Homerus, lucera, nocera, valerus, valeri voc: cæteraque ferè propria, p.c.

Item long. asseroro as, &c. chimæra, cratera, cyperus, cytheron, machæra, megara, seù megera, panthera, Poderis, statera, trieteris p.p.

Adm. enimuerò, & similia à longis composita, longantur.

E ante S.

Reg. gen. e. ante s. in mediis breuiatur: ut ephesus, hæresis p.c.

Exc. longatur Sanctissimum Saluatoris Nostri nomen IESVS græcè trisyllabon. p.p.

Itē long. cabesus, catachresis, cathechesis, Galesus, galesus, halesjs, lycabesos, lyrnesus, marpesus, mathesis, menesis, micalesos, milesi voc. munesis, opesos,

 pleu-

pleuresis,poesis,synæcesis, synderesis, vel synteresis, Theoresis, theumesus, titaresus, vagesus, p. p.

Adn. Diæcesis, & similia à longis orta,longantur. Sicut breuiantur, quæ à breuibus: vt antithesis, metathesis, synthesis, p. c.

Item de phrenesis cæteroqui longo, usus commendatur: prout etiam de præfato synderesis p. l. a.

E ante T.

Reg. gen. e. ante t. in mediis longatur: ut metreta, paracletus, poeta. p.p.

Exc. Breuiantur agonotheta, cœnethus, anascarete,arete, aschetos, chaletus, chryssendetum,calpetus, capetus, cynetes, darcetis, eteretes, feretrum,iapetus,macetes, massagetes, meretrix, nemeta,obstetrix, oretę, palpetus, penetro, as; phæton, phlegeton, pyretrum, taygetus, triquetra, vegetus à vegeto, as,

ve-

venetus, i; vietus p.c.

Adn. Paracletus ὁ παρα' λέω venit, idest consolor: quaie sive ly ει per e. siue per i, legatur; semper esset pen. prod. pronunciandum. Verùm Italiæ usus voluit corripi, quando per i. vertitur: quod, & omnibus modò commune est per sacrum Hymnum ibi. Quisdi-ceris Para-clitus. Hinc patet error illorum, qui per Y, scribunt paraclytus; quùm ly παρὰ apud Græcos significet præter, & κλυτὸν, famã; quasi idem sit dicere παράκλυτους ac infamis, vt thesaurus ling. lat docet.

Possent contrarii per ly præter intelligere quid supernaturale: quasi spiritus præter famã sit quidam spiritus cælestis præter, seù supra famam, vel opinionem hominum, sed non audiantur: quia pro spiritu consolationis, & non aliter, uno omnium ore, in s. Ecclesia Romana, hoc nomen paraclitus inter-

pretatur.

Notentur quoque à breuibus orta: ut appeto, competo, pedentetim, &c. p. c. & exaduerso è longis deriuata; ut dietim, p. p.

E ante V.

Reg. gen. e, ante u, in mediis longatur: ut parasceue p. p. à parasceuazo, idest præparo.

Adn. notentur è breuibus orta: ut aduenis, conuenis, &c. hexametrum, pentametrum, &c. p. c.

I

I ante B.

Reg. gen. i. ante b. in mediis breuiatur; ut imbibo p. c. quoad veriùs ad sequ. reg. infertur.

I. ante C.

Reg. gen. i. ante c. in mediis breuiatur, vt hydropicus medicus, rusticus p. c.

Exc. longantur Fædericus, seù

ſeù Fridericus, Theodoricus, & ſimilia p. p.

Item long. amicus, apricor, caicus, ceruical, iunices, labicū· lectica, lorica, lumbricus, mari, ca, mauricus, mendicus, myrica, naſica, palicus, phericus, poſticus, pudicus, rubrica, vaicus, vepicus, veſica, umbilicus, vrſica p.p.

Item è longis orta long. vt hypponicus, olympionices, philonicus, ſtratonica, ſtratonicus, theſſalonica p.p.

Adn. præter ſupradicta breuiantur propria, & denominatiua in icum, icus, vel etiam ycus: vt briaticum, id. oleum ſcaturiens dominicus, eutycus, ibycus, ſyndicus, &c. Beneficus, maledicus, &c.p.c.

Sed à longis deducta Longātur: ut caprificus, cornicor, &c. p.p.

De genitiuis in icis: ut fœlicis p.p. & filicis p.c. vide reg. 12.

I ante D.

Reg. gen. i. ante d. in mediis longatur: ut abyllos, formido p. p.

Adn. à longis composita lõgantur: ut occido à cædo, fastidis, à tędet, &c. ibidem ab ibi p. p.

Sed à breuibus breuiantur: ut occido, à cado, bifidus, trifidus à fide p. c. nam à fido longatur confido p. p.

I ante F.

Reg. gen. i. ante f. in mediis longatur: ut alifes p. p.

Adn. à breuibus breu. lucifer, signifer. &c. p. c.

I ante G.

Reg. gen. i. ante g, in mediis longatur; vt auriga, vectigal, vestigo as p.p.

Exc. Breuiantur caliga, & è breuibus orta: ut corrigo, a rego, litigo, mitigo, idest litem ago, mite ago. Intelligo à lego legi, eligo a lego lexi, alligo à ligo ligari, & similia p.c.

I ante L. Reg.

Reg.gen. i. ante l. in mediis breuiatur: vt compilo, aliaque à πιλόω, ideſt extraho: peſtilens, vigilo,as,&c.p.c.

Exc.Longantur abyla, achilus, allophilus, aſilas,ę; aſylum, cobilum, crocodylus, eriphyle, incilo, occilo, oilus probileus, voc. pamphyli, phaſilis, rutili, voc. ſerrili, voc.triphilis p. p.

Item long.ſubſtantiua in ile vt ancyle, bouile, caprile,equile, mantile, ouile, ſedile, ſuile, &c.p p.

Adn.participalia in ilis,breuiantur: ut amicabilis, aquatilis, reptilis, ſculptilis, volatilis, vtilis p. c.

Sed quintilis, ſextilis, ſubtilis p. p. & ſimilia à nominibus deducta long.

Item not. voc. Quintili, & Virgili cęteroque bre. ſed accẽtus tranſpoſitione prod. vt cæteri huiuſmodi vocatiui.

l ante M.

Reg. gen. i. ante m. in mediis

diis breuiatur. ut Regimen, specimen, tegimen p.c.

Exc. Longantur composita à τιμη, ideſt honor: ut polytimus, theotimus.

Item long. alimon, apprime, epithima, illimo, oblimo, opimus, quadrimus, & ſimilia p.p.

Adn. verbalia in imen, ſi à verbis, quartæ naſcuntur; longantur, ut lenimen à lenio, munimen à munio. Si verò à verbis tertiæ; breuiantur: ut regimẽ, tegimẽ, &c. à rego, tego, &c.

Sed diſcrimen à diſcerno inter longa reponitur. Sic ſagimẽ à ſagino p. p.

I ante N.

Reg. gen. i. ante n. in mediis breuiatur: ut Dominus, circino, faſcinum, inquino, itiner, laccino, leocinor, ſuccinum p.c.

Exc. longantur finita in ina, vel ine, ſeù inæ: vt adriaſtine, facina, grauina, Heroine, medici-

dicina, nerine, piſcina, rapina, ruina, ſaginæ, vagina, &c. p.p.

Sed hinc ſubexcipio apinæ aſina oppidum, buccinæ, catine, eleemoſyna, euphroſine, felſina, fœmina, fuſcina, lamina, mutina, nundinę, pagina, ruſpina, ſarſina, ſibina, ſquatina, trutina, xerampelinæ.

Item longantur aginor, architiclinus, caminus, catinum, couinus, echinus, opinor, ſagino as p.p.

Item long. ferè omnia propria: ut altinum, antoninus, aquinum, arpinum, auellinum, buccinum, leuinus, martinus, nicolinus, pachynus, tauromininum, torini, ticinus, &c. vocat. quoq; tarquini p.p.

Itẽ long. deriuatiua in inus, a, um: ut clandeſtinus a, um; mediaſtinus, Peruſinus, rheginus, venuſinus, &c. p.p.

Sed hinc ſubexc. craſtinus, diutinus, hornotinus, perendinus ſerotinus p.c. Item protinus,

& quatenùs, ſeù quatinus p. c. Et tandem denominatiua materiarum, unguentorum, odorum, colorum, atque gemmarum, ut adamantinus, amygdalinus, balſaminus, biſſinus, bombycinus, carbaſinus, cilinus, crocinus, vel croceus; cryſtallinus, glaucinus, ſmaragdinus, &c. p. c.

Adn. fœminina maſculorũ legem ſequuntur, ut Antonina p. p. domina p. c. quia hoc à domino, illud verò ab antonino.

Item notetur, longa eſſe, quæ ab animalibus denominantur: ut bouina, ouina, ſuina, vitulinã p. p.

I ante P.

Reg. gen. i. ante p. in mediis breuiatur: ut antiphus p. c.

Exc. longantur aliphæ, euripus, obſipus p. p.

Adn. Caiphas variatur in carmine: in proſa verò apud noſtrates corripitur. Quod antiphus producatur, oſtendant te-

ſti-

testimonia, qui contendunt.

I ante Q.

Reg. gen. i. ante q. in mediis breuiatur: ut aliquis, reliqui, siliqua, vndique utique. p.c.

Exc. longantur antiquus; ubique p.p.

Adn. iniquus, obliquus ex æquo longantur.

I ante R.

Reg. gen. i. ante r. in mediis breuiatur: ut anticyra, satyra p. c.

Exc. longantur ægyra, archimagirus, busyris, butyrum, cosira, epirus, ilaira, lairus, nisirus, osiris, papyrus, sapphirus, statira, thelaira, vechires p. p.

Adn. notentur è longis cōposita: ut nimirùm, suspiro. p.p.

I ante S.

Reg. gen. i. ante s. in mediis breuiatur: ut hypocrisis p. c.

Exc. longãtur aretysus, amphisa, amphysus, anchyses, cambyses, cephisus, crinisus, donisa, elisa, elisos, larisa p. p.

Adn. Moyses inter longa refertur: sed usus commendatur.

Item not. è longis orta, ut achrysos, Holochrysos, &c. p. p.

I. ante t.

Reg. gen. i. ante t. in mediis breuiatur: ut lecithus, narita, orbita p. c.

Exc. longantur grçcolatina in itis, ites, & ita: ut ananitis, cremita, israelita, lechorita, lenita, leuitis, margarita, morabita, samaritis, sunamitis, &c. p. p.

Item longantur hæc alia aconitum, agapitus, amphitrice, aphrodite, arthitas, berytus, catamithus, cerritus, cocytus, corbitus, coritus, damasithon, ebositus, eritus, fortuitus, a, ũ; galerita, gallita, hermaphroditus, hyabita, idolothytus, irrito, odites, ophites, orite pituita, polites, polygiton, scriblita, thersites, thapezita p. p.

Adn. democritus, heraclitus, paraclitus propter *ε* inter longa repo-

reponuntur: tu verò usum sequere.

Item not. quòd paraclytus, idest præter famam, seù infamis; breuiatur propter u.

I ante V.

Reg. gen. i. ante u. in mediis longatur: ut oliua, saliua. Item arguus, a, um; factiuus, a, um; conniues, à conniueo, deriuo, as, &c. p.p.

Exc. Breuiatur niniues p. c.



O ante B.

Reg. gen. o. ante b. in mediis breuiatur: ut in taprobane,

Exc. longantur canobis, iacobus, iobus, voc. macrobi, October p.p.

O ante C.

Reg. gen. o. ante c. in mediis breuiatur: ut diocle, patrocle p. c.

Exc. lõgantur finita in ocus: guino-

guinocus, iodocus, &c. p.p.

Sed hinc ſubexip. demodocus, & ſimilia græcolatina p. c.

Adn. notentur è longisorta; ut ſuffoco p. p.

O ante D.

Reg. gen. o. ante d. in mediis breuiatur, ut exodus, methodus, ſynodus p. c.

Exc. longantur græcolatina in odes, & ex ode; ideſt cantu, deducta: ut botrodum, capnodes, emoda, emodus, epodos, voc. erodi, erodis, herodes, hebrodes; orodes, thermodon p. p.

O ante F.

Reg. gen. o. ante f. in mediis, ubi inuenitur, breuiatur. Nã Philoſophus per ph. ſcribitur.

O ante G.

Reg. gen. o. ante g. in mediis breuiatur dialogus, Theologus, &c. p. c. quæ tamen compoſita ſunt à λογὸς, id ſermo.

Exc. longantur ab oge deducta: ut iſagoge, paragoga, parago-

ragoge, pedagogus, & synagoga, &c. p. p.

O ante L.

Reg. gen. o. ante l. in mediis breuiatur: ut obolus, violo, as p.c.

Exc. longantur ætolus, consolor, cymolus, idolon, vel idolū, mausolus, neobole, pactolus, præstolor, timolus p. p.

Itē long. orta ἀπωλεῶ, ideſt vendo: ut Bipliopola, pharmacopola, &c. p. p.

Itē longa orta κῶλου, ideſt membrum: ut monocolon, dicolon, tricolon, tetracolon, pentacolon, polycolon, &c. p. p.

Adn. composita ἀπόλις, ideſt Ciuitas, breu. ut Constantinopolis, Neapolis, &c. p.c.

O ante M.

Reg. gen. o. ante m. in mediis breuiatur: ut Chrisostomus, hebdomas, œconomus p.c.

Exc. longantur abdomen, amomum axioma, cinamomum,

itho-

ithome, vel ithomus, & alia huiusmodi neutra p. p

Adn. absalonus, esdronus pro absalon, esdron long.

Notentur quoque à longis orta: ut agnomen, cognomen, prænomen, pronomen, &c. p. p.

Salome inter lõga refertur: ideoq; produc; nisi usus repugnet.

O ante N

Reg. gen. o. ante n. in mediis longatur: ut hippomax, obsonor, aris, &c. p. p.

Exc. breuiantur alcifone, voc. apolloni, chione, coctonum, epimone, eurymone, hermione, hesione, hippona, ilione, matrona fluuium, meriones, mycone, pannonis à pannonia, plesione p. c.

Item breu. composita α'φονε, vel φονος in significatione cædis: ut nebrophonos, persephrone, tisiphone, &c. p. c.

Item breu. composita αγε'νω in signif. generis, vel filii, seù phætus: ut antigone, antigonus, calli-

calligone, chrisogonus, &c. p.c.

Adn. antiphona longum est propter ω: verùm commendatur usus, qui in Italia quantitati repugnat: sicut in mammona p.l.a.

O ante P.

Reg. gen. o. ante p. in mediis breuiatur: ut atropos parua mortalis, philosophus p.c.

Exc. longantur æsopus, antropos homo (quia per co) canopus, crotopus, europa, hydropis, hyssopum, vel hyssopus; inopus flumen; iopas, metopon, prosopos, pyropus, sinope, sinopis, sciope. p.p.

Adn. Cleophas apud desp. inter longa connumeratur: usus autem seruetur.

O ante Q.

Reg. gen. o. ante q. in mediis longatur: ut alioqui ceteroqui p.p.

O ante R.

Reg. gen. o. ante r. in mediis breuiatur, vt Christophorus, telesphorus p.c.

Adn. sycomorus anceps est: sed

sed melius corripiatur: quia per ò, nisi prudentum usus repugnet

O ante s.

Reg. gen. o. ante s. in mediis longatur : ut tholosa p. p.

Exc. Breuiantur genosius, Pandrosos p.c.

Adn. metamorphosis longũ est propter ω : sic pariter antiptosis ab ἀντὶ, id. contrà, & πτῶσιν, id. casum. Verùm de hoc seruetur quantitas; usus autem de illo.

Item not. quod voc. ambrosi, & theodosi breues sũt: attamẽ accentus transpositione producuntur, vt alii hujusmodi.

O ante T.

Reg. gen. o ante t. in medijs longatur: vt litostutos pauimentum lapideum p.p. quia per ω.

Exc. breuiantur à ἀπὸ τὸ deducta: vt Archipotes, Hydropotes. sympotes, &c. p.c.

Item breu. acrota, golgotha, melabroti, Pyrotus, aliaq; per ò. p.c.

adn.

Adn. a breuibus orta breu: vt antidotum, id contra datum venenum; eudotus, herodotus, zenodotus &c.p.c.

Sed à longis orta long: vt aptoton, monoptoton, diptoton, Triptoton, tetraptoton, pentaptoton, hexaptoton p.p.

O ante V.

Reg.gen.o ante v.in medijs si à breuibus, breuiantur: vt Amouet, Refouet. p.c. si verò à longis, longatur: vt amouit, resouit p.p.

V

V ante B.

Reg. gen. V ante B. in mediis breuiatur: vt lugubris.p.c.

Exc.longatur Anubis, delubrum, insuber, pollubrum, saluber p.c.

Adn. Cherubim inter longa reponitur; quia per diphth. ου. verùm

rùm ſonorius S. Eccleſiam ſequere,

V ante C.

Reg.gen.u ante c. in mediis longatur vt manduco, as; ſambuco,& ſambucus p.p.

Exc.Breuiatur volucer, & volucris p.c.ſiue adiect.ſiue ſubſt fuerit.

V ante D.

Reg.gen.v ante d.in mediis longatur vt teſtudo p.p.

Adn.depadet,&c.p.p.ad ſeq; reg.contudi,&c.p.c. ad 15. refer

V ante F.

Adn. V ante F. in mediis nondum legis, ſe memini. ſi verò inuenies, vſum ſequere.

V ante G.

Reg.gen.u ante G.in mediis longatur:vt ferrugo, lanugo p.p.

Adn.Sanguiſuga inter longa:bijugus,quadrijugus, ſejugus inter breuia refer. quia hæc à iugo bi;illud à ſugo lon.venit.

V ante L.

Reg. gen. u ante l. in mediis breuia-

uiatur: vt ſinguli,æ,a; ſpeculum, vmbraculum.p,c.

Exc. longantur adulor, iulus p.p.

Item long. deriuatiua in vlis: vt curulis, tribulis p.p.

Item long. compoſita à dulos: vt Thedulus p.p.

Item long. compoſita à Bule: vt Archibulæ &c. p.p.

Adn: torcular inter longa refertur à quibuſdam apud rigam. Sed veriùs inter breuia ponatur, iuxtà ſulpitium, cum deſp. ſicut à ſpeculo ſpecula. p.c. à pari a torculo torcular p.c deducendum eſt.

V ante M.

Reg. gen. u ante m. in mediis longatur; vt legumen, volumen p.p.

Exc. breuiantur autumo, columen, contumax, cucumer, incolumis, irrumo, as, lucumo, tegumen p.c.

V ante N.

Reg. gen. u. ante n. in mediis lon-

longatur: vt lacuna, tribunal, tribunus p. p.

V. ante P.

Reg. gen. u. ante p. in mediis breuiatur: vt centurupe, vpupa p.c.

Exc. longatur Erigdupus vir quidam p.p.

V ante Q.

Adn. u. ante q. in mediis non dum legisse memini. vbi autẽ inuenietur, vsum seruari monemus.

V. ante R.

Reg. gen. v ante R. in mediis longatur: vt miuron, Trituro, as p.p.

Exc. breuiantur anxurus, camurus, lemures, liguris à ligurio, purpura, sabura, satura, saturo, as; & hinc saturi à satur p.c.

Adn. omnia meditatiua breuiantur: ut lecturis p. c. à lecturio.

Genitiui in uris, vt furfuris, turturis, &c. p.c. ad reg. 12. attinent.

u. ante S.

Reg. gen. u. ante ſ. in mediis longatur; ut creiciſa, meduſa p. p.

Exc. Breuiantur ebuſus, us, p. c.

Adn. Siracuſæ à Pantal. inter breuia ponitur: ſed in Italia produc.

V ante T.

Reg. gen. u. ante t. in mediis longatur: ut actutum p. p.

Exc. breuiantur arbutus, defrutum p.c.

Adn. neuter teſte nebriſſenſi apud deſpaut. triſillabum eſt, p. c.

V ante V.

Reg. gen. u. ante u. in mediis breuiatur; ut pacuui, voc. à pacuuii.

Exc. longatur Veſuui, voc. à Veſuuii.

Adn. pacuui eſto p. b. accẽtûs tamen tranſpoſitione producitur.

RE-

REGVLA QVINTA.

Vocalis ante consonantem in primis.

A ante B.

REg. gen. a. ante b. in primis breuiatur: ut habeo, & hinc adhibes, prolubes, &c. p. c.

Exc. lõgatur labor, & hinc delabor, prolabor, &c. p. p.

A ante C.

Reg. gen. a. ante c. in primis breuiatur: ut iacis à iacio: & hinc adiicis, proiicis, subiicis, &c. p. c. iaces quoque à iaceo: & hinc subiaces, &c. p. c.

Exc. longantur acer, macer: & hinc deacer, demacer p. p.

A ante D.

Reg. gen. a. ante d. in primis breuiatur: ut cado, fades, mades, & hinc accidit, decido, incido, occido id. morior: refades, &c. permades, &c. p. c.

Exc. lõgatur Adam: & hinc proadã, id. Vicesgerens adæ p. c.

Adn.

Adn. suades dissyllabon est cum u vocali liquido: at a semper longum est: vndè dissuades persuades p.p. cū spiritu super a.

A ante F.

Reg. gen. a. ante F. in primis breuiatur: ut vafer, & hinc prouafer p.c.

Adn. aliqua excip. scripta per ph. de quibus inferiùs suo loco dicetur.

A ante G.

Reg. gen. a. ante g. in primis breuiatur: ut ago: & hinc litigo, mitigo, perago, &c. p.c. Vagor, & hinc deuagor, &c. p.c. fragor, & hinc refragor, &c. p.c.

Adn. vagis à vagio, & hinc peruagis, &c. p.c. si ad lepores attinet: nam si ad infantes refertur, longàtur.

A ante L.

Reg. gen. a. ante l. in primis longatur: ut cales à caleo, halo, malo: & hinc concàles, dehalo, præmalo, &c. p.p.

A ante M.

Reg. gen. a. ante m. in primis dissyllaborum longatur: ut hamo, & hinc dehamo pisces, p. p.

Exc. breuiatur amo, & hinc deamo virtutem p.c.

In primis verò polysyllaborum breuiatur: ut in samaria.

A ante N.

Reg. gen. a. ante n. in mediis longatur: ut manis, e; & hinc immanis, e p.p.

Exc. breuiatur phanes, & hinc aristophanes p.c.

Adn. in polysyllabis solet breuiari: ut in anulus.

A ante P.

Reg. gen. a. ante p. in primis breuiatur: ut rapis à rapio, & hinc corripis subripis p.c.

Exc. longatur Papa, & hinc Antipapa Prothopapa p.p.

A ante Q.

Reg. gen. a. ante q. in primis breuiatur: ut aquor, & hinc deaquor p.c.

Exc.

Exc. longantur nequaquam, usquequaque, & alia sic composita p.p.

A ante R.

Reg. gen. a. ante r. in primis breuiatur: ut paro, & hinc comparo, reparo p.c.

Exc. longantur aro, & hinc exaro, peraro p. p. Item pares à pareo, & hinc appares, compares p.p.

A ante S.

Reg. gen. a. ante s. in primis dissyllab. longatur: ut in naso, sed in polysyllabis breuiatur: ut in casius.

A ante T.

Reg. gen. a. ante t. in primis breuiatur: ut pater, & hinc compater, tris p.c.

Exc. longantur mater, & frater, & hinc commater, confrater p.p.

A ante V.

Reg. gen. a. ante u. in primis breuiatur: ut auus, & hinc

proauus, abauus, tritauus p.c.

Exc. longantur nauo, & prauo, as; & hinc adnauo, deprauo, p.p.

Adn. suauis dissyll. est cum u. liquido: ac proindè spiritus locetur super a.

E

E ante B.

Reg. gen. e. ante b. in primis breuiatur: ut in febris, & aliis, metri.

Exc. longatur debes à debeo, & hinc condebes, &c. p.p.

E ante C.

Reg. gen. e, ante c. in primis breuiatur: ut precor, & hinc deprecor, &c. p.c.

Adn. notentur diphthongata: ut græcor, & hinc pergræcor, &c. p.p.

E ante D.

Reg. gen. e. ante d. in primis longatur; ut cedo, cessi; & hinc con-

concedo, procedo, recedo, &c. p. p.

Exc. Breuiatur pedis à pes, & hinc compedes, dum p.c.

Adn. notentur diphthongata: ut cædo, cæsi; & hinc incido, occido, id. neco; recido, &c. lædo, & hinc allido, illido, &c. p. p.

E ante F.

Reg. gen. e. ante F. in primis breuiatur: ut in nefas.

E ante G.

Reg. gen. e. ante g. in primis breuiatur, ut lego, is, legi, & lexi: & hinc diligo, eligo, negligo, perlego, &c. p. c. nego, adnego, rego, corrigo, tego, contego. &c. p. p.

Exc. longantur tego, as; & hinc allego, delego, relego p. p. Item Regis à Rege, & hinc Proregis p. p:

E ante L.

Reg. gen. e. ante l. in primis longatur: velo, & hinc reuelo. p. p.

Adn. in polysyllabis solet

breuiari: ut in e. lysium.

E ante M.

Reg. gen. e. ante m. in primis breuiatur: ut emo, & hinc adimo, perimo, redimo p. p. Premo, & hinc comprimo, imprimo p. c.

Exc. longatur clemens, & hinc inclemens p. p.

Adn. thema in anathema, longatur si stat in signif. oblationis: si verò maledictionis, vel maledicti, breuiatur.

E ante N.

Reg. gen. e. ante n. in primis longatur: ut deni, & hinc vndeni, duodeni, &c. viceni, triceni, &c. centeni, milleni p. p.

Exc. Breuiatur venor, & hinc aduenor, aris p. c. venis à venio & hinc aduenis, conuenis, inuenis, peruenis, &c. p. c.

Adn. vænis à væneo, & hinc prævenis ratione diphth. longatur.

Item notetur in prædictis, & infradicendis, in præteritis assi-

gnari

gnari peculiarem regulam, quæ est in ordine 14. cum seq.

E ante P.

Reg.gen.e. ante p. in primis breuiatur: vt nepos, & hinc pronepos, abnepos, trinepos p. c.

Exc. longatur repo, & hinc irrepo, subrepo, &c. p. p.

Adn. persæpè ratione dipht. longatur.

E ante Q.

Reg.gen. e. ante q. in primis breuiatur: ut sequor, & hinc assequor, consequor, persequor, proseqnor, &c. p.c.

Adn. Aequo, & hinc adæquo longatur propter diphthongon.

E ante R.

Reg.gen. e. ante r. in primis breuiatur: ut ero à sum, & hinc abero, adero, potero, &c.p.c. sero consero, insero, &c. p.c. tero, attero, contero, &c.p.c.

Adn. hęres ab hæreo, mæres à mæreo; & hinc adhæres, à cõmęres, &c. p. p. propter diphth.

nàm demeres, promeres, &c. a mereo inter breuia reponuntur.

A ante S.

Reg. gen.e. ante f. in primis longatur: ut in etesiphon.

Exc. Breuiatur thesis,& hinc antithesis, hypothesis,&c. p.c.

E ante T.

Reg.gen. e. ante t. in primis longatur: ut in meta.

Exc. Breuiatur peto, veto; & hinc appeto,deueto,&c. cum similibus habentibus p. vel u. ante e. p.c.

Item breu. fretum, & hinc transfretor,aris. Metrum,id.mēsura,& hinc Geometra, id. terræ mensurator p.c.

Adn. frætus, & hinc confrætus,id. confisus, ratione diphthon.longatur.

E ante V.

Reg.gen.e. ante u. in primis longatur: ut in leui.

Exc. breuiantur breuis, & hinc perbreuis. Leuo, & hinc alleuo. Seuus,& hīc perseuus p.c.

I

I ante B.

REg. gen. i. ante b. in primis breuiatur: vt bibo,& hinc imbibo,rebibo,&c.p.c.

Exc. longantur libo, vel libor,& hinc debibor, prælibor, &c. ſcribo, & hinc adſcribo,cōſcribo,deſcribo,reſcribo,&c.p.p

I ante C.

Reg. gen. i. ante c. in primis breuiatur, frico,mico,dico, as;& hinc confrico,dimico,prædico,as,&c.p.c.

Exc. longatur dico,is,& hinc addico,condico,indico,prędico, is,&c.p.p.

I ante D.

Reg.gen. i. ante d. in primis longatur: ut fido, & hinc confido,diffido, &c.p.p.

Exc. Breuiatur vides,& hinc præuides, prouides,&c. p.c.

I ante F.

Reg.gen.i. ante f. in primis, ubi inuenitur,corripiatur.

I ante G.

Reg.gen. i. ante g. in primis breuiatur: ut migro, & hinc commigro, transmigro,&c.p.c.

Exc. longantur figo, fligo, friges à frigeo:& hinc configo,affligo,refriges,&c. p.p.

I ante L.

Reg.gen.i.ante l. in primis longatur: ut pilo, & hinc compilo,as,&c.p.p.

Exc. breuiatur siles à sileo, & hinc resiles, &c. p.c.

I ante M.

Reg. gen. i. ante m. in primis longatur: ut limus, & hinc sublimis, sublimo,&c. p.p.

Adn. adimo,redimo, &c. p. c. ab emo veniunt: videas idcircò e. ante m.

Item nota, quòd in polysyll. breuiatur: ut in simia.

I ante N.

Reg. gen.i. ante n. in primis lon-

longatur, ut in minotaurus.

Exc. breuiantur linis à lino, & linio; & hinc illinis, &c. minor, & hinc comminor,&c. minùs, & hinc paulominùs, ideſt quaſi, & alia huiuſmodi,p.c.

Adn. Paulo minùs, & ſimilia non compoſita, ad hanc reg. non attinent: quia duæ dictiones diſſyll. ſunt.

I ante P.

Reg. gen. i. ante p. in primis breuiatur: ut Typus, & hinc Prothotypus, &c. p.c.

Exc. longatur Stypo,& hinc conſtypo,as, &c. p.p.

I ante Q.

Reg. gen. i. ante q. in primis longatur: ut liques à liqueo, & hinc deliques,&c. p.p.

Adn. in compoſitis breuiari ferè inuenies: ſed in ſimplicibus difficulter.

I ante R.

Reg. gen. i. ante r. in primis longatur; ut lira, & hinc deliro, as; delirus,a,um,&c.p.p.

Adn. in polysyll. breuiatur: ut chiragra.

I ante S.

Reg. gen. i. ante s. in primis breuiatur: ut in Chrysos.

Exc. longatur miser,& hinc permiser, &c.p.p.

I ante T.

Reg. gen. i. ante t. in primis breuiatur: ut citum, & hinc cōcito, excito, suscito &c. p.c.

Exc. longantur dito, nitor, scitor, & hinc prædito,innitor, sciscitor, &c. p.p.

Adn. irrito à ratum p.c. sed irrito,id. prouoco p.p. præditus, a,um,p.c. à datum veniunt. Aditus, exitus, reditus, &c. p. c. ab itum, ut in reg.

I ante V.

Reg. gen. i. ante u. in primis longatur: ut priuo, & hinc repriuo,&c.p.p.

Adn. breuiantur aliqua ad metrum, vel ad incrementa spectantia, vt niuis à nix.

O ante

O

O ante B.

Reg. gen. o. ante b. in primis longatur: ut in Gobionis.

Exc. Breuiantur duas consonantes ante o. habentia: ut probo, & hinc approbo, improbo, reprobo, &c. p.c.

O ante C.

Reg. gen. o. ante c. in primis breuiatur: ut voco, & hinc aduoco, conuoco, reuoco, &c. p. c.

O ante D.

Reg. gen. o. ante d: in primis longatur: ut nodus, & hinc innodo, as. &c. p. p.

Exc. Breuiantur modò, & modus, & hinc admodum, commodo, as, quomodò, solummodò, tantummodò, &c. p. c.

Adn. in polysyll. breuiatur: ut in Zodiacus.

O ante F.

Reg.gen. o. ante f. in primis breuiatur: ut in ofesius.

O ante G.

Reg. gen. o. ante g. in primis longatur: ut cogo, & hinc recogo, &c. p. p.

Exc. Breuiatur rogo, & hinc arrogo, derogo, interrogo &c. p. c

Item breu. logos, id. sermo, & hinc dialogus, theologus, &c. p. c.

O ante L.

Reg. gen. o. ante l. in primis breuiatur: ut colo, & hinc accolo, incolo, is; accola, incola, æ, &c. p. c.

Exc. longatur colon, ideſt membrum, & hinc monocolon, dicolon, tricolon, policolon, &c. p. p.

O ante M.

Reg. gen. o. ante m. in primis breuiatur: ut vomo, is, & hinc deuomo, euomo, &c. p. c.

Exc. longantur como, is; domo, as; & hinc recomo, prædomo

mo, item nomen, pronomen, &c. p. p.

O ante N.

Reg. gen. o. ante n. in primis breuiatur: ut ſono, tono, as, & hinc conſono, intono, &c. p. c.

Exc. longantur conor, dono, pono, aliaque c. vel d. ſeù p. ante o. habentia; & hinc compoſita: ut condono, compono &c. p. p.

O ante P.

Reg. gen. o. ante P. in primis breuiatur: ut ſophus, id. ſapiens, & hinc philoſophus, &c. p. c.

Exc. longatur ſopis à ſopio, & hinc conſopis, &c. p. p.

O ante Q.

Reg. gen. o. ante q. in primis breuiatur: ut loquor, & hinc alloquor, colloquor, proloquor, &c. p. c.

O ante R.

Reg. gen. o. ante r. in primis breuiatur: ut voro, as, & hinc deuoro, &c. p. c.

Exc. longatur oro, & hinc exoro, &c. p.p.

O ante S.

Reg. gen. o. ante ſ. in primis longatur: ut roſus,a,um, & hinc corroſus, &c. p.p.

O ante T.

Reg.gen. o.ante t. in primis breuiatur: ut noto,as, & hinc adnoto,connoto,&c. p.c.

Exc. longantur poto, as; & hinc repoto,&c. lotus,& hinc illotus,a,um,&c.p.p.

O ante V.

Reg. gen. o. ante u. in primis breuiatur:ut voues à voueo, & hinc deuoues,reuoues,&c.p.p

U

V ante B.

Reg. gen. u. ante b. in prioris breuiatur, ut rubes à rubeo, & hinc derubes, &c. p.c.

Exc. longãtur n. ante u. habentia: ut nubo, & hinc pronu-

bo,

bo,&c.p.p. Item pubes, & pubis, & hinc impubis, &c. p.p.

Adn. à nubo, ſubexc. innubus,& pronubus nomina p. c.

V. ante C.

Reg. gen. u. ante c. in primis longatur : ut duco,is,& hinc adduco,conduco, luces à luceo, & hinc reluces,&c.p.p.

Exc. breuiantur duco, as,& hinc educo, as, &c. p. c. Item lucror, & hinc collucror,p.c.

Adn. a duco exc. dux ducis, & hinc redux, reducis nomen p. c.

V ante D.

Reg. gen. u. ante d. in primis longatur : ut cudo, & hinc excudo, ludo, deludo, prudens, imprudens. trudo, detrudo, &c. p. c.

Exc. breuiatur pudet,& hinc depudet, rudo,procudo. ſtudes a ſtudeo,præſtudes,&c. p.c.

V ante F.

Reg. gen. u. ante f. in primis longatur, ut rufus,a,um; & hinc

hinc adrufus, &c. p. p.

V ante G.

Reg. gen. u. ante g. in primis longatur: ut luges à lugeo, & hinc colluges, &c. p.p.

Exc. breuiatur fugis à fugio, & hinc aufugis, refugis, profugus,a,um,&c.p.c.

V ante L.

Reg. gen. u. ante l.in primis breuiatur: ut in ululo.

Adn. exceptiones huius Reg. etiam ad metrum attinent.

V ante M.

Reg. gen. u. ante m. in primis longatur, ut humes ab humeo,& hinc dehumes, &c. p.p.

Exc. breuiatur tumes à tumeo, & hinc contumes, contumax,&c. p. c.

V ante N.

Reg. gen. u. ante n. in primis longatur:ut munis à munio, & hinc communis, immunis, &c. p. p.

V ante P.

Reg. gen. u. ante p. in primis

mis breuiatur: ut duplex, & hinc quadruplex, ſemiduplex, &c. Itē duplus, quadruplus, &c. p.c.

V ante R.

Reg. gen. u. ante r. in primis longatur: ut uro, is, & hinc deuro, exuro, &c. p.p.

Exc. breuiantur furo, & furor, & hinc defuro, refuror, &c. p. c.

V ante S.

Reg. gen. u. ante ſ. in primis longatur: vt luſor, oris; & hinc deluſor, &c. abuſus, &c. p.p.

V. aute T.

Reg. gen. u. ante t. in primis longatur: ut muto, as. Vtor, is, & hinc commuto, abutor, &c. p. p.

Exc. breuiantur puto, tam pro cædo, quàm pro cenſeo; & hinc amputo, computo, reputo. Putres à putreo, deputres, ſupputres: uter, alteruter, neuter, etc. p.c.

Adn. in polyſyll. breuiatur: ut in brutidus.

Sed hinc exc. futis à futio, nutris à nutrio, putes à puteo: et hinc effutis, denutris, deputes, etc. p. p.

V ante V.

Reg. gen. u. ante u. in primis longatur: ut in vua.

Exc. Breuiantur consonantem ante u. habentia: ut iuuo, et hinc adiuuo, etc. p. c.

Adn. adiuui long. propter reg. 14.

REGVLA SEXTA.

Positio, & liquescentia.

Positio.

Reg. gen. omnis vocalis binam, aut duplicem consonantem habens post se, longatur: ut Magister, Sacerdos, tenellus, reduxi, topazi vocat. etc. p. p.

Adn. pro consonante Bina hic intelligitur non solùm illa, quæ in diuersis syllabis eiusdem di-

dictionis duplicantur: verùm, et aliæ quæcunque, quæ siue in diuersis, syllabis, siue in una eadem syllaba huiusmodi duæ, vel plures sunt inter unam, et alteram vocalem; v. g. ll. in tenellûs, st in magister, rd in sacerdos, nst in constituo, et similibus. Omnis enim vocalis, quam consonans una, et simplicem nō sequitur; ad hanc regulam attinet.

Sed pro consonante duplici hic intelligitur x, z, et I: hoc tamen inter has discrimine, quod X, et Z, tum in simplicibus, cùm in compositis; semper duplicis vim habent. At I, iu simplicibus tantùm: ac proindè syllaba illa, si aliundè esset longa, longatur: aliàs breuiatur. I namque in huiusmodi, vt Riiugus, quadriiugus, seiugus p.c. tamquàm simplex consonans habetur. Sed de I. ferè ad metrum attinet.

V quoq; in præteritis, ceù duplex, longatur: ut amaui, araui, etc. p.p.

Liqueſcentia.

REg.gen.Omnis vocalis ſuapte natura breuis,ſi ex duabus conſonantibus poſt ſe exiſtētibus, prior fuerit muta, poſterior verò liquida: et utraque ad ſequentem ſyllabam in eadem dictione ſpectauerit: ea eſt in carmine communis, ſed in proſa ſemper corripitur: ut palpebra, tenebræ, etc. p.c.

Adn.litteræ mutæ ſunt B,C, D,F,G,K,P,Q,T, ſed ex his K,ad græcolatina tātummodò ſpectat. Q, ſine V. ſibi indiuiſibiliter poſt poſita, pronunciari nequit; ac propterea ad hanc regulam pertinet nunquam.

Litteræ verò liquidæ ordinariæ, ſeù frequentes ſunt L, R, ſed in frequentes M, N, ac quandoque S.

Quotieſcunque igitur aliqua ſyllaba incipit ab aliqua ex mutis, et liquidis ſimul; vocalis

terminalis ſyllabæ præcedentis ad hanc regulam refertur. Vbi autem, vel muta ad præcedentē ſyllabam attinuerit, vel plures conſonantes ſimul, etiam in eadem ſyllaba fuerunt; ad Poſitionem recurre, non ad liqueſcentiam: ut quamobrem p. p. quia venit ab ob, quam, rem: ſic reſtringo propter S. ante T R.

Et hic notes, velim, ipſum nomen liqueſcentia ſui naturam oſtendere; nam tunc poſitio illa duarum conſonantium pro oratione ſoluta, liqueſcit, quod eſt ac dicere. Eſt tanquam non eſſet; et ideò ad aliam regulam recurrendum erit, pro cognitione quantitatis, quæ ſi aliundè longa fuerit [ut matris, quod à à mater longo venit) longatur: nec unquam breuiari licebit; ſic commatris, aratrum, &c. p. p. ſi verò fuerit breuis (ut patris, quod à pater breue venit) breuiatur ſemper in proſa; ſic com-

pa-

patris eretrum,&c.p.c.in carmine verò, huiusmodi variantur.

REGVLA SEPTIMA

Compositio.

Reg. gen. Omnis composita dictio suæ simplicis naturā sequitur: quarè quantitas eadē ferè est in una,ac in alia; ut adamo, consequor,reparo p.c. quia amo,sequor,paro primam habēt breuem. Sic adscribo, compono p.p. quia scribo, pono primā habent longam.

Exc. à longis simplicibus breuiantur composita,in dicus à dico; ut benedicus, maledicus p. c. In nubus à nubo: ut innubus, pronubus p.c. in itus à notun: ut agnitus, cognitus p. c. In iero à iuro: ut deiero,peiero p.c. & nihilum p.c. ab hilum.

Sed è contrà ab itum breui longatur ambitus,a,um;id. circūdatos; nam ambitus, us, vi; id.

no-

norum cupiditas; corripitur.

Adn. Regula hæc militat etiã, quùm vocalis, aut etiam diphthongus in compositione mutatur: ut à cędo decido p.p. à cado verò occido p. c.

REGVLA OCTAVA.

Deriuatio.

Reg. gen. Omnis deriuata dictio suæ primitiuæ naturã sequitur: & propterea quantitas eadem ferè est in vna, ac in alia: vt à venio, cuius prima est breuis; breuiatur venis, venit, &c. & hinc aduenis, aduenit, &c. p. c. sic à veni præt. perf. cuius prima est longa; longatur venit, &c. & hinc aduenit, conuenit, &c. p. p.

Exc. a longis primitiuis breuiãtur deriuatiua, à duo, dux, ducis, & hinc redux, reducis p. c. seruitum, seruitus p. c.

Sed è contrà à rego breui

lõgatur Rex Regis,& hinc Prorex Proregis p. p.

Adn. regula hæc militat ſolummodò, quandò eadem conſonans conſeruatur poſt vocalẽ, de qua ſermo eſt: ut amatum, amator. Aratum, aratum p. p. Nàm ſi mutatur, non valet regula deriuationis: ſed aliundè exigenda eſt quantitatis cognitio: ut à decem b. decimus primam breuiat, quia c, non mutatur. Sed denī, & hinc vndenī, duodenī, &c. quia c, mutatur in n, non ſeruat quantitatem primitiui: ſed longantur propter reg.u, de e, ante n, in primis.

REGVLA NONA.

Diminutio.

REg. gen. Omnis diminuta dictio ſuæ integræ naturā ſequitur: ideoque quantitas eadem eſt in una, ac in alia: ut amarunt, amarim, amaſſem, amaro, &c.

&c. p.p. quia longa est huiusmodi a, in antepenultimis integrorum amauerunt, amauerim, amauissem, amarem, &c.

Exc. ab integris longis breuiantur diminuta illa, quæ consonantem in diminutione amittunt: ut petii p.c. à petiui p.p.

REGVLA DECIMA.

Præpositio.

REg. gen. Omnis præpositio monosyllaba in vocalem desinens, longatur: ut a, e, de, pro, di, se. Quæ verò in simplicē consonantem, breuiatur: ut ab, ad, ob, per, &c. de aliis non monosyll. vide reg. 4. vel 5.

Adn. regula hæc, cum suis exceptionibus, ad metrum ferè attinet.

REGVLA VNDECIMA.

Incrementum Verborum.

REg. gen. præmonitio. Pro incremento hic intelligitur syllaba illa, quæ de vno ordine ad alium transit: v.g. quæ in hac dictione est finalis, in illa euadit media: ut mas in amas finalis dicitur, sed in amamus media. Ma in amaui est penultima, & in amauimus antepenultima. & sic quoque de similibus.

A

Reg. gen. Omne incrementũ verbi in a, longatur: ut amas, amamus, amabam, amabamus, amabo, amato, amarē amare, p.p.

Exc. Breuiatur primum incrementum in do, das, ut damus, dabam, dabo, dato, darem, dare, &c. hinc circumdamus, circumdabam, circundabo, circundato,

cir-

circundarem, circundare, &c. p. p.

Adn. dixi primum incremẽtum: nam secundum in do longatur; sicut in cæteris: ut dabamus, &c. p. p.

Notes quoque, velim, quæ ab vndo veniunt: ut abundo, inũdo, redundo; etc. quæ longum habent omne incrementum, ut in regula.

E

Reg. gen. omne incrementum verbi in e, longatur: ut habes, habemus, habebam, habebo, habeto, haberem, habere, etc. p. p. leges, legemus p. p. legerer p. c. legereris p. p.

Exc. breuiatur in quacũq; coniugatione ante ram, rim, ro; ut amaui, i, in e. amauerã, amauerim, amauero. Habui, habueram, habuerim, habuero. rexi, rexeram, rexerim, rexero. Audiui, audiueram, audiuerim, audiuero. Fui, fueram, etc. p. p.

Item breu. beris, vel bere in futurum primæ, et secundæ coniug. nam eris, vel ere in fut. tertiæ, et quartæ long. ut amabor, o. in e. amaberis, vel amabere, habebor, habeberis, vel habebere p.c. sed Regar, a. in e. regeris, vel regere. Audieris, vel audiere, p. p.

Adn. secũda coniugatio habet infinitum ere longum; omniaque tempora cuiuscunq; modi in erem, eris, vel ere, et eri, producit, tam in actiuis, quàm in passiuis: ut habere, haberem, haberis, vel habere, et haberi, p. p. Sed contra, tertia coniugatio habet infinitum in ere breue: omnesq; actiuas voces in erem, es; et corripit: ut regere, regerē, regeres, regeret. p. c. in passiuis verò temp. præsentia corripit, ut regor, regeris, vel regere p.c. futura autem producit, ut regar, regeris, vel regere p. p. Quod, et de dependentibus, similibusque dicitur.

I

Reg.gen. omne incrementũ verbi in i. breuiatur: ut amaui, amauimus, habui, habuimus. Rexi, reximus. Audiui, audiuimus, p.c.

Exc. longatur velim, velimus. Noli, nolimus. Possim, possimus, etc. p.p.

Adn. imus in tertia coniug. est perpetuò breue, tàm in præsentibus, quàm in præteritis: ut regis, regimus, rexi, reximus p.c.

Ast in quarta breuiatur solùm in præterito: ut audiui, audiuimus, iui, iuimus, Veni, venimus; &c. p. c. in præsenti autem longatur: ut audis, audimus. Redis, redimus. Venis, venimus. Esurimus, sitimus. Sic quoque ab præsenti deductis: ut audite, audito, audirem, audire, audiris, audiri, &c. p. p.

Nota item, incrementum

in rimus, & ritis anceps esse: nã apud maiores longum fuisse testantur Diomedes, Probus, & alii Virgilius verò, etiam corripuit. Et nostrates communius in prosa corripimus, ut amauerim, amauerimus, amaueritis. Habuerim, habuerimus, habueritis. Rexerim, rexerimus, rexeritis. Audiuerim, audiuerimus, audiueritis, &c. p.l.a.c.

Si verò locus aliquis fuerit, ubi ab eruditis cõsueuerit efferri p. p. utrumque tempus, vel alterutrum, ne recedas: nam cõmuniori parti productio adhæret.

O, & V.

Reg. gen. Omne incrementum verbi in o. longatur, & in u. breuiatur: ut amato, amatote, habeto, habetote. Regito, regitote. Audito, auditote. Esto, estote, &c. p.p. volo, volumus. Possum, possumus. Quæso, quæsumus, &c. p.c.

RE-

REGVLA DVODECIMA.

Incrementum Nominum.

PRæmonitio. Pro incremento hic intelligimus idem, quod in reg. præc. verùm ibi primitiuum sumebatur à prima, vel secunda persona singulari; hic autem sumitur à casu recto, id. nominatiuo: & excessus unius, vel plurium syllabarum, qui fit in genitiuo: ille dicitur incrementum nominis: v. g. præceptor, præceptoris. Fœlix, fœlicis. Præceptores, præceptoribus, fœlices, fœlicibus, &c.

Prima declinatio.

Reg. gen. Prima declinatio, vel non habet incrementum in singulari, vel si habet, longatur: ut domina, dominæ, vel dominai p. p. quod tamen antiquorũ, vel poetarum morem redolet:

nam in prosa nunc non licet.

Adn. de plurali datur inferiùs reg. gen. pro omnibus declinationibus uniuersè.

Secunda declinatio.

Reg. gen. Secunda declinatio in singulari dat incrementum breue: ut puer, pueri, &c. p. c.

Exc. longatur iber, iberi, & hinc celtiber, celtiberi p. p.

Adn. unius, ullius, nullius, & similes genitiui ad hanc regulam reducuntur: & tamen in prosa longantur solùm: sed in carmine pro metri exigentia, variantur.

Porrò specialiùs notentur alterius perpetuò breuis, & è cōtra genit. Alius perpetuò longus.

Achillei tandem, Nerei, Orphei, Thesei, & similes ad reg. dipthon. gręcolatinarū referas.

Tertia declinatio.

Præm. In tertia declinatione longè copiosior est incrementorum, lex: quapropter fusiori calamo hic, & primò

A

Reg. gen. Omne incrementum tertiæ declin. in a. breuiatur: ut ænigma, ænigmatis, vel ænigmatos. Baptisma, baptismatis, Chrisma, chrismatis. Dogma, dogmatis, &c. p.c.

E & I.

Adn. Nullum planè nomen tertiæ declin. in e. vel i. desinens; crescit in obliquis: ut mare, maris. Gummi, &c. Hinc ad o gradum facimus.

O

Reg. gen. Omne incrementum tertiæ declin. in o. longatur: ut sermo, sermonis. Vespertilio, vespertilionis, &c. p.p.

Exc. Breuiantur illa nomina, quæ mutant in genitiuo o.

in i. nis: ut ordo,ordinis.Origo, originis, &c.p.c.

Adn. propriorum aliqua long. ut Cicero, ciceronis. Curio, curionis p. p. Aliqua verò breu. ut agamenno, aliaq; conſimilia, quæ o. nominatiui variare poſſunt in on:nam benè dicitur agamennō,philemon; agamennonis, philemonis p. c. De quibus tamen latiuſculè increm. N.

V

Adn. Quia declin.tertia nullum habet in u. deſinens; nomen, meritò ad ulteriora tranſimus.

B

Reg. gen. nomina in b. deſinentia ferè peregrina ſunt, ac proindè indeclinabilia: vt Iacob, Quum autem declinantur, in ipſo nominatiuo creſcunt, & longantur: ut Iacobus, iacobi. Sic Ioab,ioabus,ioabi,&c. p. p.

Adn. ſimilem pariter regulam habeas in huiuſmodi peregrinis cuiuſcumque terminatio-
nis:

nis : ut adam , adamus , adami . Abraham , abrahamus , abrahami . Noe,noemus , noemi . Ioſeph,ioſephus,ioſephi. Nabucodonoſor , nabucodonoſorus,nabucdonoſori. Balthaſar, balthaſarus,balthaſari,&c.p.p.

C

Adn. nomina in c. deſinentia ad præcedentem regul[illegible] referuntur : ut Halec,halecis. Melchiſedech , melchiſedecis p. p. Vbi aduertas inſuper, incrementum longari in obliquis , quanquam rectus declinabilis factus non fuiſſet , ut Melchiſedechus.

D

Adn. nomina in d. deſinentia ad prædictam quoque regulam referuntur: ut Dauid, Dauidis,p.p. neque audiantur : ſi qui ſint dauidis p.c. effutientes.

Excipitur tamē Bogud, Bogudis p. c.

F. G. K.

Adn. nomina in f. g. vel K. deſinentia, vel non inueniuntur, vel

vel si quæ dantur, latina non sūt: ac indeclinabilia quæque, et sine incremento sunt.

AL

Reg. gen. Omne nomen tertiæ decl. in al. desinens, longatur, ut animal animalis p.p.

Exc. Breuiantur masculina: ut Hanibal, Hanibalis p. c.

EL.

Reg. gen. Omne nomen tertiæ decl. in el, desinens, longatur: ut Michael, michaelis. p.p.

IL.

Reg. gen. Omne nomen tertię declin. in il desinens, breuiatur: ut pugil, pugilis p.c.

OL.

Reg. gen. Omne nomen tertiæ declin. in ol desinens, longatur; ut Michol, micholis p.p.

VL.

Reg. gen. Omne nomen tertiæ declin. in ul. desinens, breuiatur; ut consul, consulis p.c.

M

Adn. nomina in m. desinentia

tia ad regulam de b. referuntur: ut Adam, adamus, adami p. p.

N

Reg. gen. Omne nomen tertiæ declin. in n. desinens, longatur: ut Titan, titanis. Lien, lienis. Delphin, delphinis. Babylon, babylonis p. p.

Exc. Breuiantur in en, quũ mutant in genit. e. iu i. ut agmẽ, agminis. Flumen, fluminis. Sagimẽ, sagiminis, et his similia. p. c

Adn. de anis, enis, et inis regula, est certa, ac perpetua. Sed de onis non ita: quia huiusmodi peregrina ferè sunt, et apud nos variè efferuntur: ut agamẽnon, agamennonis, dæmon, dæmonis. Palemon, palemonis. Sindon, sindonis p. correp. Et è contrà Babylon, Babylonis. Hilarion, Hilarionis. Pantaleon, pantaleonis, seù Pantaleontis. Sydon, sydonis. Symeon, Symeonis. Symon, Symonis p. p. In quorum similibus usum consulens tutior eris: nam in mea Prouin-

cia

cia, olim Magna Græcia nuncupata, long. Zambron, zambronis p.p. Et breuiantur Conidon, conidonis. Fauellon, fauellonis. Mandaradon, mandaradonis. Pannacon, pannaconis. Sic Cesidon, cesidonis. Barbalacon, barbalaconis: & si quæ sint alii huiusce nominis vici p.c. Quæ à modernis in is; vel um, aut ium solent declinari, ut Zābronis, vel Zambronum, aut zambronium. Conidonis, vel conidonum, aut conidonium, &c.

P & Q.

Adn. Nomina in P. desinētia ad præfatam reg. de b. referuntur: ut Ioseph, Iosephus, Iosephi p.p.

Sed in q. impossibile est reperiri.

AR

Reg. gen. Omne nomen tertiæ declin. in ar. desinens, longatur: ut calcar, calcaris. Lupanar, lupanaris p.p.

Exc.

Exc. Breuiantur iubar, iubaris, nectar, nectaris, & masculina, ut Cæsar, Cæsaris. p.c.

Adn. Lucar, lucaris pro aue p.c. sed pro sacrificio, seu lucro quodam p.p.

ER

Reg. gen. Omne nomen tertiæ declin. er desinens, breuiatur: ut aer, aeris: cadauer, cadaueris. Mulier, mulieris, papauer, papaueris. p. c.

Exc. longantur græcolatina in ther, vel ter: ut panther, pantheris. Soter, soteris. Sic character, characteris. p.p.

Sed hinc subexc. æther, ætheris. p.c.

Long. quoque bizer, bizeris. Iber, iberis. erier, erieris, p.p.

YR

Reg. gen. Omne nomen tertiæ declin. in yr desinens, breuiatur: ut martyr, martyris p. c.

OR

Reg. gen. omne nomen ter-

tiæ

tiæ declin. in or desinens; longatur: ut pastor, pastoris, viator, viatoris, p.p.

Exc. Breuiantur æquor, æquoris, arbor, arboris, marmor, marmoris, memor, memoris. p. c.

Adn. masculina omnia longantur: ut clamor, clamoris, p.p. & neutra omnia breuiantur: ut æquor, æquoris p.c.

Item ex græcolatinis notentur aliqua breuia: ut Hector, Hectoris p.c. super quibus, maximè propriis, usus commendatur.

VR

Reg. gen. omne nomen tertiæ declin. in ur. desinens, breuiatur: ut furfur, furfuris. Guttur, gutturis. Murmur, murmuris. Turtur, turturis.

AS

Reg. gen. omne nomen tertiæ declin. in as desinens, longatur: ut sanctitas, sanctitatis. Veritas, veritas, veritatis p.p.

Exc.

Exc. Breuiantur anas, anatis: & in adis: ut lampas, lampadis p. c.

ES

Reg. gen. omne nomen tertię declin. ut in es desinens, breuiatur: ut Ceres, Cereris. Paries, parietis. Trames, tramitis p.c.

Exc. longantur in edis: ut Hæres, hęredis. Item gręcolatina in etis: ut lebes, lebetis. quiès, quiètis. Tapes, tapetis p.p.

IS

Reg. gen. omne nomen tertię declin. in is desinens, breuiatur: ut lapis, lapidis. puluis, pulueris. p.c.

Exc. Longantur in itis: ut quiris, quiritis. Item gręcolatina in is, quę per in. quoque terminari possunt: ut salamis, salaminis. Mesis item, mesidis: & psophis, psophidis p.p.

OS

Reg. gen. omne nomen tertię declin. in os. desinens, longatur

tur: ut Sacerdos, sacerdotis p. p.

Exc. breuiantur: in otis: ut compos, compotis. Impos, impotis p. c.

VS

Reg. gen. omne nomen tertię decl. in us. desinens; breuiatur: ut funus funeris. Antipus, antipodis. Corpus corporis p. p.

Exc. longantur in udis, & utis: ac comparatiua in oris: ut incus, incudinis. virtus, virtutis. Melius, melioris p. p. item in uris: ut in rus, ruris.

Sed hinc subexc. pecus, pecudis. Intercus, intercutis. Ligus, liguris p. c.

Adn. Decus, decoris p. c. At decor, decoris p. p. sicut, & fulgur fulguris p. c. fulgor verò fulgoris p. p.

BS. MS. PS.

Reg. gen. Omne nomen tertię decl. in bs. ms. vel ps. desinens; breuiatur: ut arabs, arabis. adeps, adipis. pręceps, pręcipitis. p. c.

Exc.

Exc. longantur Cecropis, conops, conopis. Cyclops, cyclopis. Europs, europis. Hydrops, Hydropis p.p.

T.

Reg. gen. Omne nomen tertię decl. in T. desinens, breuiatur: ut caput, capitis p.c.

X

Reg. gen. omne nomen tertię decl. in X. desinens, longatur: ut verax, veracis, veruex, veruecis. Genitrix, genitricis. Velox, velocis p. p. & in lux, lucis.


Exc. Breuiantur abax, abacis. Atrax, atracis. Calix, & calyx, calicis. Candax, candacis. Cappadox, cappadocis. Cilix, cilicis. Colax, colacis. Coscendix, coscendicis. Redux, reducis. Dropax, dropacis. Erix, ericis. Filix, filicis. Fornix, fornicis. Histrix, histricis. Ilix, ilicis, Lacix, lacicis. Mastrix, mastricis. Narix, naricis, Natrix, natricis. Onix, onicis, & hinc Sardonix, sardonicis. Panax,

nax,Panacis. Pharnax, pharnacis. Pręcox,pręcocis. Salix,ſalicis. Silex,ſilicis. Smilax, ſmilacis. Storax, ſtoracis. Varix, varicis. Voluox, voluocis. Volux, volucis p.c.

Item breu. in gis, ut coniux, coniugis p.c.

Adn. Variantur Bebrix, bebricis. Piſtrix, piſtricis. Syphax ſyphacis: ſicut & phœnix, phœnicis, quod certiùs producitur.

Notetur item, quòd pernix, pernicis, pro aue, producitur: quia venit à pernitor p.p. ſed pro ſcelesto à peruerto corripitur.



RE-

REGVLA TERTIADECIMA.

Prior Pars Compositi.

REg. gen. omnis dictio composita, cuius pars prior in vocali terminat; syllabam illam breuiat: ut vndeuis, undique, centuplum p.c. & in pentameter, Christophorus.

Exc. longantur in a, quę ex ablatiuo fluxerint: ut eadem, & in nullatenus.

Item in e. quæ à verbis secũdæ coniug. veniunt: ut à ferueo, feruefac; à Tepeo, tepefac, p.p. sed alia breu. ut benefac. p.c.

Item in i. hæc: ibidem, quadrigę, tantidem, tibicen ubiq; utrobique, ubique, unicuique p. p.

Item in o. hęc: alioquin, eodem, siue pronomen, siue aduerbium; et quandoque; necnõ lagopus, cæteraque per ω p. p.

Tandem longatur à manu-

nu-

nutio u. in virulentus, quod tamen ad metrum attinet.

Adn. Benefac, tepefac, et huiusmodi composita verba, contra quantitatem solent, communia dari. Quare de pronunciatione usum consule.

REGVLA DECIMAQVARTA.

Praeteritum Dissyllabum.

REg. gen. omne preteritum perfectum indicatiui modi dissyllabum, priorem habet longam: ut legi, vidi, et hinc perlegi, reuidi, p.p.

Exc. breuiantur bibi, dedi, fidi, scidi, steti, et tuli; à bibo, do, fido, scindo, sto, et fero, et hinc rebibi, circumdedi, confidi, conscidi, restiti, et contuli p.c.

Adnot. syllaba huiusmodi quarta est in perfecto, tanta est aliis temporibus ab ipso deriuatis. Quocirca sequens distichon ... notetur.

Prae-

Præteritum verbi de se dat tempora quinque:

Ram, ssem, rim, ro, sse. formabit cætera præsens.

Quod, & pro deriuatis à præsenti sit respectiuè dictum.

In Polysyllabis.

Reg. gen. omnia præterita polysyllaba in aui,eui,& iui longantur:ut amaui,deleui, audiui, p.p.

Adn.in oui, vt cognoui, & dissyll. referuntur : quia à noui veniunt. Et in vni nullatenùs inueniuntur.

Reliqua, vel propter positionem longantur ; vt tenendi p. p. vel propter sequelam vocalis breuiantur: vt monui p.c.

RIGVLA QVINTADECIMA

Præteritum Geminatum.

Reg.gen.omne perfectum indicatiui,cuius prima sylla-ba in toto, vel in parte gemina-

E tur

tur; breuiatur: ut cano, cecini, pario, peperi, pello, pepuli, tango, tetigi p. c.

Adn. aliqua longantur positione: vt spopondi p.p. Et item aliqua deriuatione à longis: vt à cædo, cæcidi, incidi, recidi, &c. p.p. disci à cædo: nàm à cado cecidi, incidi, recidi, &c. p.c.

REGVLA SEXTADECIMA.

Supinum dissyllabum, &c.

Reg. gen. omne supinum dissyllabum priorem habet lōgam: ut latum, & hinc delatū, relatum p.p.

Exc. breuiantur à cieo, eo, lino, queo, reor, ruo, sero, sino, & sto; citum, datum, itum, litum, quitum, ratum, rutum, satum, situm, & statum: & hinc concitū, circundatum, venundatum, exitum, introitum, reditum, illitum, nequitum, irritum, obrutum, insitum, restitum, &c. p.c.

In

In polyſyllabis.

Reg. gen. omnia ſupina polyſyllaba longantur: vt amatum, deletum, auditum, argutum, p. p.

Exc. Breuiantur in itum, quæ veniunt à præterito in vi cũ u vocali: vt habui, habitum, monui, monitum, &c. p. c.

Adn. huiuſmodi tantùm breuiantur: nam cætera in vtũ, eſtò præteritum cum u vocali habeant; nihilominùs longantur; vt acui, acutum. Argui, argutum p. p. Longantur item in itum, quæ præt. habent in vi cum u conſonanti: ut audiui, auditum, concupiui, concupitum, petiui, petitum.

Sed ſubnot. excipi hinc agnitum, & cognitum p. c. licêt à præt. agnoui, & cognoui veniant.

Notetur tandem aditum, exitum, introitum, reditum, &c. p. c. à præt. adiui, exiui, &c. ad polyſyllaba non referri; quia

composita sunt ab itum dissyll. de quo paulò superiùs in reg. eadem.

REGVLA DECIMASEPT.

Terminatio, seù vocalis in fine.

PRæm. terminatio per Artemetricos consideratur etiā in consonantibus. Nos autem (cuium est de canonibus, qui ad solam pronunciandi rationem conferunt; ex instituto agere) in vocalibus tantummodò sermonem ponimus. Etenim syllabæ in consonanti desinentes, siuè longæ, siuè breues fuerint; nullius sint considerationis in pronunciatione apud Latinos (prout in sequenti parte dicemus) Nisi quùm in cōpositione, licet accidentali, & non perpetua; penultimarum rationem habuerint: vt Dominus, Dominusque. Et tūc ratione positionis longantur, quanquàm fuerit ex se breuis:

ut

ut nus in Dominus, quod addita particula ex enclyticis, seù inclinatiuis aliqua, facit dominusque, Dominusuè, Dominusne p.p.

Neque in huiusmodi, locus liquescentiæ datur: vt quamobrem pen. semper, etiam in metu, producta, quia non est dictio simplex, qualis requireretur ad liquesc. sed composita à quam, ob, & rem.

A

Reg. gen. omnis dictio in a, desinens longatur: ut contrà suprà, & hinc contraque, supraque p.p.

Longantur quoque omnes imperatiui in a: ut ama, dona, & hinc amaque, donaque p. p.

Excep. breuiantur omnes non ablatiui casus in a: ut musa, Rota, casus nominatiui, vel vocatiui fine fœlicia nom. auus, vel voc. plur. & hinc musaque, rotaque, fœliciaq; p.c.

Exc. breuiantur ita, & hinc

itaq; p.c. sic etiam puta, & quia. interea quoque, & propterea, quę ab actus. Ea componuntur.

Adn. nomina in Ginta possunt variari: ut triginta, quadraginta, & hinc trigintaque, quadragintaque p.c.mm. sed in gen-ta breuiantur: solùm, ut quadringenta, quingenta, & hinc quadringentaque p. c. quod etiam, dic de sexcenta estò per C.

Notatur quoque, casus, ablatiuos omnes, longari: ut musa, rota, & hinc musaquę, rotaque p. p.

Item quidem nominatiui græcolatini in a, longantur: ut nemea, & hinc nemeaque p.p.

Vlteriùs longantur quidam vocatiui in a: ut Aenea, & hinc Aeneaque p.p.

Alleluia, & eia à sidonio breuiantur, & hinc alleluiaque, eiaque p.c.

Posteà tandem variatur; sicut etiam à Poetis fit de aliis quibusdam huiusmodi, vt contrà

trà, frustrà, & ultra.

E

Reg. gen. omnis dictio, siuè declinabilis, siuè indeclinabilis in e, desinens breuiatur: vt arte, ipse, amante, ritè, & hinc, arteq; ipsemet, amanteque, riteque p.c.

Exc. ex declinabilibus longātur nomina quintę declin. vt die; & hinc dieque p.p.

Item long. græcolatina primæ, vt Rhetorice, es, pro Rhetorica, æ: & hinc Rhetoriceque p.p.

Vlteriùs long. imperatiui omnes secundę coniugationis: ut habe, doce, & hinc habeque, doceque p.p.

Tandem long. omnia aduerbia, quæ a nominibus secundæ declin. veniunt: vt doctè, doctissimè, à doctus, & doctissimus.

Adn. Ex indeclinabilibus verò excip. ferè, fermè, ohe, & quare.

Adn. dixi à nomin. 2. declin.

nam, si aliundè venerint aduerbia in e, breuiantur, ut ritè à ritus,tus,tui. Sed benè, & malè quamquam à secunda sint, breuiantur.

Dixi quoque Imper. 2. coniug.nam tertiæ breu. ut lege,pone,& hinc legeque,poneque p. c. vale tamen salutandi aduerb. inter communia reponitur.

I

Reg.gen. omnis dictio qualiscumque sit in i, desinens, longatur: ut patri,ipsi,amanti,vidi, alioqui,& hinc patrique,&c.p.p.

Exc. breuiantur vocatiui casus græcolatini: ut o alexi: quę tamen possunt quoque variari.

Adn.variantur mihi,tibi, sibi, cui,ibi,ubi,uti,nisi,& quasi. Verùm utiq; in prosa corripiatur: Ibique autem, & ubique producatur. Cętera verò regulentur usu:& potiùs producenda in prosa laudantur.

O

Reg. gen. omnis qualiscunq; di-

ctio in o, desinens variatur: vt amo, sermo, ultrò: & hinc amoque, &c.p.c. quæ tamen ferè producenda in prosa laudantur.

Exc. longantur solùm, omnes datiui, & ablatiui: ut Petro, & a Petro: non enim licet dici Petroque p.c.

Longantur quoque solùm græcolatina: vt dido, & hinc didoq; p.p.

Item sunt solum longa aduerbia à nominibus orta: ut primò, & hinc primoque p.p.

Breuiantur solùm cedo, duo, illicò, immò, modo, & scio, & hinc cedòque, &c.p.c.

Adn. citò, crebrò, mutuò; profectò, sedulò, & verò coniunctio inter communia reponuntur.

Gerundia amando, habendo, &c. variantur. Gerundiua verò solùm longantur; quia inter nomina, venosque casus recensentur.

Ergò pro causa solùm lo-

gatur: at pro igitur variatur.

V.

Reg. gen. omnis qualiſcumq; dictio in u deſinens, in excepto longatur: ut manu, auditu, rectu, & hinc manuque, audituque rectuque, &c. p. p.

REG. DECIMAOCTAVA.

Accentus.

PRæm. quia non rarò euenit, vt ſyllabæ quantitas lectori in promptu non pateat; meritò hæc de accentu ſubiungitur.

Reg. gen. omnis qualiſcũq; dictio accentum, acutũ, vel circumflexum in penultima tenens producitur.

Adn. dicitur in penultima: nam in vltima nihil ad pronunciationem conduceret: ſicut latiùs in altera parte dicemus.

Notatur quoq; acutum in antepenultima idem operari, quod & in penultima.

Aſt

Ast hoc de accentu valeat, quoties de quantitate certitudo in promptu non habetur: vel dũ de præli corruptione non hæsitatur. Nam si rog. super pen. Dominus, acutus, vel circumflexus poneretur; non est, quin arguatur impressio: quùm quàm certissima sit huius vocis breuitas.

REGVLA DECIMANONA.

Exemplum.

PRæm. Neque verò accentus apex defectum de certitudine quantitatis, semper supplebit: præsertim quia non omnibus (signanter nostræ utriusque Siciliæ) prelis est usui. Hinc ad Procerum latinitatis exempla restat recurrendum: vel ad synonyma.

Reg. gen. ubicunque peculiaris, vel generalis regula deerit; exempli adminiculo succurritur lector. Quod duplex est:

vel auctoritatis, vel synonymi.

Exemplum auctoritatis: vt Tytire p. c. quia pro dactylo est apud Mantuanum, Buccolicorum Egl. 1. v. 1. & in sacris Eoa p. p. quia pro longa ponitur in Hymnum Epiphaniæ.

Exemplum verò synonymi: ut Prosoedia per diphth. oe p. c. quia comoedia, tragoedia eiusdem originis ab ᾠ ιω id. cantu pen. habent breuem, & in Italia correptam. Cosmographia p. p. quamquam breu. quia orthographia eiusdem originis à γραφία, idest scriptura pen. estò natura breuem, usu producit.

Adn. in exemplis, maximè auctoritatis, cautè procedendū est; nè vocabula quæpiam producantur respectiuè, vel corripiantur in prosa ad solam imitationem uniuscuiuspiam Auctoris, qui fortassè licentiam sibi vendicans, contrà communes regulas in metro quandoque processerit. Nobis enim licentiosos

ni-

nimis esse non licet; præsertim vero in oratione soluta contrà regulas, vel usum: nisi tantæ fuerimus auctoritatis, quatæ illi, apud quos licentia huiusmodi inuenitur: & tunc etiam parcè ipsa conuenit uti.

Licentia verò poetica in aliqua ex figuris, quæ dictionis dicuntur, consistit, de quibus modò.

REGVLA VIGESIMA, & vltima.

Figura.

PRæm. figura (secundũ quod nunc de figura loquimur) aliud non est, nisi error in arte, ratione aliqua introductus, & maiorum auctoritate comprobatus. Figuræ species tres sunt: nempè dictionis, constructionis, & elocutionis. Prætermissis igitur figuris constructionis, quæ ad Syntaxin attinent: & figuris elo-

elocutionis, quæ rhetorum sunt propriæ; de primis, quæ ad artem metricam spectant, breuiter dicimus. Vndè.

Reg. gen.

Prothesis p. c. syllabam, vel litera addit in dictionis initio: vt asto, pro sto. Gnatus, pro Natus.

Epenthesis p. c. syllabam, vel literā addit in dictionis medio: vt induperator, pro Imperator. Reppulit pro repulit.

Paragoge p.p. syllabam, vel literam addit in dictionis fine: vt amarier; estur, potestur, &c. pro amari, est, potest.

Apheresis p.c. syllabam, vel literam demit à dictionis initio: vt temno, pro contemno, &c.

Syncopa p. c. syllabam, vel literam demit à dictionis medio ut amasti, amarim, amassem; petii; pro amauisti, amauerim, amauissem, petiui.

Apocope p. c. syllabam, vel literam demit à dictionis fine: ut

man-

mancipi, pro mancipii, dic, duc, fac, & cætera huiusmodi imperatiua, pro dice, duce, face.

Ectasis p. c. syllabā cæteroquî breuem, producit: ut symphonia, Theologia, & similia p. b. & per nostrates prod.

Systola p. c. syllabam cæteroqui longam, corripit: ut steterunt p. l. & apud Maronem p. b. sic Antiphona, meteora, Michael, & similia p. l. & per nostrates correp. Item amauerimus, amaueritis p. l. usu correp.

Antithesis p. c. literam pro litera ponit: ut olli, pro illi.

Metathesis p. c. literam in uno loco pro alio ponit: vt Alexandre, pro Alexand. Sic etiam nodum pro donum: nec dici potest verè anagramma: quia hoc, quùm species poematis sit; in vnica dictione, stricto modo, non congruit.

Tmesis dictionem secat, aliasque, vel aliam interponit: vt Sal,

Sal, prodeſt oculis, quæ naſcitur in horto, via: idem ſaluia, quę naſcitur in horto, prodeſt oculis.

Diæreſis p. c. diphthongum cæteroqui monoſyllabā, in duas ſyllabas diuidit: ut aulai, pro aulæ. Hæc tamen deſueuerunt præcipuè in proſa: ſolùm Sinai conſeruatur.

Synereſis p. c. duas ſyllabas, tanquàm diphthongon, in vnam conſtringit: ut diis, quod pro monoſyllabo in metris licenter habetur.

Synalæpha p. p. vocalem vnius dictionis terminalem obtruncat in carmine quum ſequēs dictio à vocali incipit: vt apud Virg.

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena.

Quod pro verſus menſura, & carminis ſonoritate legendum eſt ſic:

Ill'ego, qui quondam, &c. ſed in ordinis conſtructione re-

ſu-

ſumitur vocis integritas, ſic: Ill' ego, pro (seù ideſt) Ille ego.

Ecllipſis p.p.M. cũ antecedẽti.

Vocali obtruncat in carmine, in eodem caſu ſubſequentis dictionis, quæ à vocali incipiat: vt apud eundem

Littora multum ille, & terris jactatus, & alto; quod ſic legitur mult' ille, & terris, &c. Vbi ly mult' obtruncatum eſſe exemplum Eclipſis: & ly Ill' Synalæphę præfatæ.

Adnotat.


Ex predictis Syncopa licet, etiam in Proſa. Apocope in Imperatiuis recenſis. Ectaſis, & ſyſtola in vocibus illis, quæ vulgato vſu contra quantitatem pronunciantur: quæ tamen in metris ſunt communia, propter naturalem quantitatem, & Prudentum Conſuetudinem quantitati aduerſantem. Diæreſis in ſinai eſt vulgata. Synalæpha, & Ecllipſis ſolùm metro vendicantur: & his vti ne dùm licet, ſed debemus.

Re-

Reliquæ licentiam sapiunt, & non nisi necessitate coactus, & parte, vsurpare quis poterit.

Reliqua de Sillabarum quātitate, metri compositione, & vetera ad Artemetricam pertinentia; vide alibi: vbi est professo de hac facultate tractabo. Et interim, dum non ederit; non desunt, quos consulas, mei vndequaque magistri; a quibus hæc hausi, vel quibus, quæ dixi, dicamque; submitto.

Primæ Partis Finis.



PARS



PARS SECVNDA.

De notitia accentum pro recto præcognitæ quantitatis vſu in pronunciando.

Præmonita.

PRoſodia, vt dictum eſt, largè duplicitèr conſideratur; vel circa notitiam ſyllabicæ quantitatis: vel circà ipſius quantitatis vsu in pronunciatione. Viſo iam de priori in antecedenti parte; de poſteriori in præſenti videbimus. Pro cuius intelligentia aliqua prænotentur. Et primò

Sciendum eſt, duplicem obſeruari in dictione quaque pronun-

nunciandi tenorem: quorum alter velociore ſpiritu; alter verò tardiore profertur. Et tenor huiuſmodi, tàm velocior, quàm tardior; non, niſi ſuper vocali in ſyllaba obſeruabimus: conſonantes enim tenoris utriuſque ſunt incapaces: quia, vt notum eſt à vocalibus iſtarum ſonus dependet.

Syllaba igitur, quæ velocius enunciatur, vnico temporis interuallo profertur: quæ verò tardiùs, duplici. Tanto ſcilicèt ſpiritus impetu pronunciatur una ſyllaba longa, quantus æquipollere valebit illi temporis ſpatio, quod in proferēdis binis breuibus impeditur.

Hinc apud priſcos latinos Patres factum fuerat, ut ſyllabæ naturaliter longæ geminis vocalibus ſcriberentur; vt Moos, Māater, Poeeta, &c. breues verò ſimplici; vt Per, Pater, Dominus, &c.

Nos latinitatis Hoſpites, parum,

rum, aut nihil cognitionis de iſtiuſmodi illorum pronunciandi more tenemus: maximoperè in diſſyllabis, & monoſyllabis, in quibus breues à longis diſcernere omninò neſcimus. Solùm hoc nouimus, vnam dari in dictione quacumq; ſyllabam prædominantem, quę cæteris omnibus tardiùs efferatur: & ſub cuius ducatu reliquis proprii cuiuſque tenoris norma captetur.

Hæc ratio apud Nos in penultimis, vel ante penultimis tãtummodò habetur. Nulla namque latina vox, abſque graui cenſura tardo ſpiritu in ultima ſyllaba, vel in antepenultimam antecedẽtium aliqua pronunciabitur: quia plures, quàm duas, vel tres incluſiuè regere prædominãs nulla valebit: quod eſt pro poſteriori parte præſentis moniti. Et pro priore, generalis Grammaticorum prohibitio extat: prout latiùs infrà videbimus.

DE

DE DIPHTHONGIS.

Singulæ vocales ſyllabam conſtant: & ſyllaba prædominans (ut modò diximus) eſſe non poteſt; niſi penultima, vel ad ſummum antepenultima in latinis: quomodò ergò pronũcianda erit hæc vox, Paululùm, cuius penultima eſt natura breuis? Vocalis prędominans eritnè in hac voce u? minimè: ſed a. Et ſi ità eſt undènàm ſaluabitur generalis regula præfata, quùm hic clarè videatur (poſito quod a ſit prędominans) quarta ab ultima contrà Regulam prędominans? Hic nec regula fallit, nec a quarta ſyllaba; ſed tertia ab ultima eſt: attende Canonem.

Sunt quędam vocales etiam apud latinos tali ſympatia coeuntes, vt unius ſyllabæ rationē habeant: quæ ex binis vocalibus compoſitæ, diphtongi dicuntur. Hæ apud nos quatuor ſunt merę

lati-

latinę, ideſt, ae, oe, au, & eu: v. g. præ, Cœlum, Paululùm, euge; Hoc igitur cognito; nonnè ſat patet, utrumque difficultatis caput aperiri: quod intemerata videlicet regula generalis antedicta remaneat, & vocalis, in hac voce paululùm tertiæ ab vltima, non quartæ ſyllabę lationem teneat?

Turæ ae, & oe, ſiuè ſcribantur integrę, ſiuè per claudatu ę; præ, Cœlum, vel præ, Cœlum; ſeu prę, Cęlum; ſemper æquiualent litterę e longe; & per e ſunt pronunciandę. Hu, & eu ſemper disiunctim ſcribuntur, eodemque modo proferuntur; vt paululum, euge; hac tamen lege, vt uis ſpiritus fiat ſuper a, & & e: u verò ore nimis ſtricto, ac velociſſimo ſpiritu efferatur.

Ei ſcribitur quoque disiūctim ſemper: ſed in prolatione variam habet obſeruationem. Nam quandoq; legitur pen. corr. vt Achillei: & quandoque pen. prod.


prod. ut Orphei. Imò & interdū legitur per solum i, pro carminis exigentia, vt apud Virg. oilei tanquam oili ibi Aen.1.

Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.

Reperitur etiam in accusatiuis in es apud Poetas: ut omneis, luctanteis, pro omnes, luctantes.

Yi seiunctìm scribitur: at per solum i, legitur: vt Harpyia. vbi aduertitur, hanc vocem trisyllabam esse: & tamen i, vocalis est; quarè Harpyia cum j, consonanti suibi, legiuè, scias, licere nemini.

Alia de diphth. vide supra suo loco in prima Parte. Et quæ in Rudimentis gręcis in tertia subiungam.



AC

ACCENTVM REGVLAE,

Caput I.

APud Gręcos tam copiosa est regularum accentuandi,& pronunciandi multitudo; vt lōgè difficilior reddatur fermè in illis, quàm in nostris quantitatis canonibus Scholarium progressus. Nos autem præhabita quantitatis notitia (ab hac enim pronunciandi lex ortum agnoscit) vna, aut altera de Accentibus lectione,plenam rectæ pronunciationis cognitionem sortiemur. Nimirùm quia lex huiusmodi, quæ apud illos multiplex est, exceptaquè variè; ea apud Latinos generalis est,& inexcepta. Ita ut ubi Gręcis, cognita syllabarum quantitate, adhuc multum laboris reseruabitur, ultrò; & nobis perexiguus labor pro accētu restabit. Vndè canitur.

Non valet accentus millesima claudere grajos.

Pagina. Romanos vna,
breuisque valet.

Regulæ igitur latinorum generalissimæ, sunt.

REg. 1. Omnis latina dictio polysyllaba habens penultimam solummodò longam (ex quauis regula longitudo huiusmodi venerit) ipsam penultimā producat: hoc est in penultima spiritum prędominantem inexceptò collocet. Aliàs ad antepenultimam recurratur quantācumq; idest, siu lōga, siue breuis antepen. fuerit; in hoc euentu ea vti prędominans esto.

Adn. dixi: solummodò longam: nàm si communis fuerit in carmine; pro pronunciatione in oratione soluta, recurras, oportet: ad regulas quantitatis: vbi habeas vtrùm producenda, ut ipsius, unius p. p. vel corripiē-

da,

da, vt Cathedra, Chiragra, Podagra p.c.

Dixi vlteriùs: Ad antepenultimam quantancumq; nam, quòd ea quoque breuis fortaſsè fuerit, vt Dominus, nil impedit; quominùs ibi ſpiritus protractio fiat: prout cap. 3. clariuſculè.

Reg. 2. Quęcunque fermè nomina propria hominum, Brutorum, locorum, rerumque, penultimam habent incertam. Quapropter à prudētum uſu tutiùs modulantor. Vnum enim, idemque numero nomē hic producitur, quod alibi corripitur: & è contrà. Adeò vt ſi v. g. venerabile nomen (etiam origine intemeratæ Dei Genitricis Noſtræ Dominæ ſemper Virginis) Maria pen. corr. iuxtà quantitatis canonem, ut in Germania, enunciaretur apud noſtrates Italos; ſenſum mutaret, & pro cōgregatione aquarum intelligeretur.

Adn. dixi: Quęcunque fer-

mè: nàm ſunt, quæ certitudinem habent indubitatam: ut ſunt, quę diphthongum in penultima tenent, v. g. Matthæus p.p. vel, quę ſub regulam poſitionis cadunt, v. g. Alexander. Hinc Hydruntum, & Tarentum p. pro. efferantur: quanquàm Italice dicantur Otranto, Tarāto p. corr. Cōmēdatur nihilominus reg.p.

Ricciolii in primæuis ſuæ Proſod. Bonari: exemplaribus: quòd videlicèt ferè longa ſint propria in anor, anus, atus, bulus, demus, dorus, dulus, inus, laus, ricus, v.g. Nicanor, Domitianus; Donatus, Cleobolus, Nicodemus, Theodorus, Theodulus, Fauſtinus, Nicolaus, Fridericus p.p. Et è conrrà breuia plerunque in datus, doſus, dotus, genes, goras, lochus, menes, philus, polis, ponus, teles, tenes, renes, v. g. Deodatus, Theodoſus, Theodotus, Diogenes, Anaxagoras, Archilochus, Eumenes, Theophilus, Neapo-

lis, Philoponus, Ariſtoteles, Demoſtenes, Ariſtoxenes p. c.

Patronymica maſculina in Acles onia breuiãtur: ut Aeneades, Carneades p.c.ſed max, in ines orta è genitiuo habẽte pẽ. lon, longantur: ut Nicolai, Nicolaides p. p. Quod etiam dicitur, ſi pen. primitiui fuerit communis: ut Patrocli, Patroclides p. p. Si verò genitiuus fuerit breuis, breuiatur: ut Dardani, Dardanides p. c. Verùm excipiuntur, quæ in e i deſinunt; nam huiuſmodi per contractionem duarũ vocalium in vnam, longantur: tur: ut Nerei, nereides p. p.

Fœminina autem in ais, eas, eis, ine, itis, oas, one, otis long. ut Thebais, oreas, Aeneis, Nerine, Sunamitis (in Troas) latois, Acriſione, Cariotis p. p. ſed in ias, vel yas breu. ut Hamadryas p.c. Alia in as; & is regulantur à primitiuis reſpectiuè: v. g. ab Aeolo p. c. Aeolis p. c. & à Tri-

tone fluui o p. p. oritur Tritonis p.p.

Reg. 3. Nulla dictio latina prędominantem spiritum ponat in ultima syllaba: neque in aliqua ex antepenultimam præeuntibus. Quarè syllaba prędominans, quę tardo spiritu, duplicique temporis interuallo profertur; vel in penultima, vel in antepenultima sit: alibique nequaquàm.

Adn. dixi: Nulla dictio: nã includuntur hic, etiam voces indeclinabiles, & qualescunque vndeuis compositæ, ac peregrinæ latinitati iam datę: idest, quę more fuerint flexę latino, v.g. palàm, aliàs, papè, etiam: quanquàm, quapropter, quamobrèm; quisquis, quiuis: Abelus, Iosephus, &c. Neque te moueat apex ille, quem fortasse in ultimis indeclinabilium offenderis: prout inferiùs in appen...

Reg. 4. In dissyllabis, prior, siue longa, siue breuis fuerit; tã-

quàm

quàm prędominans indifferenter omninò seruetur.

In monosyllabis verò, seù tardo, seù veloci spiritu enunciętur vocalis; vix, aut nullimodè cognoscitur. Quarè ad prudētum praxim, prò sermonis decoro, remittere.

Reg. 5. Vbicumque apice aliquo (qui accentus quoque acutus, dicitur, vel circumflexus) in penultima, vel antepenultima notatur dictio polysyllaba quęcunque: ea sit planè vocis prædominans.

Adn. dixi: apice aliquo, & c. nam huiusmodi prædominans syllaba peculiari apice, qui etiam accentus dicitur, notari desuper consueuit: prò apertiori quidem via ad legitimam, concinnamq; vocum enunciationem: nè videlicet quiuis minùs periti suo ducti iudicio, hanc, prò illa, prędominantem putarent. Hodie verò parsimonię gratia, ut puto, factum est; ut ferè in desuetudinē

iuisse videatur (presertim in Italie, & maximoperè in nostratibus, proh, utriusque Sicilię Prelis) huiusmodi apicum usus. Speciali nullatenùs sollicitudine, ac diligentia conseruatur, ut plurimùm in Missalibus, Breuiariis, aliisque libris Choralibus. Et debita quidem ratione: nam si in cæteris libris nil, aut parùm retulerit, an hoc, vel ille tono, diuersis in locis, vox aliqua enuncietur: secus de libris diuinarum laudum discurritur, quas una pariter omnium voce (sicut uno omnium corde) conuenit enunciari. Quod nimirùm principale fuit (sic faxit Deus) laborum horum motiuum, finisq;

Quia verò nedùm in syllabis prędominantibus, sed in aliis quoque famulatoriis, apud optimos Typographos varius apex superscriptus offenditur; de apicum varietate caput sequens ponimus.

De variis Apicum Generibus.

Caput II.

APud Latinos non multa sũt apicum genera, quod tamen contrarium apud Gręcos cognoſcitur. Noſtri nanque elucidato per apicem, quęnam ſit ſyllaba vocis pręrdominans, aliquas ultrò obſeruationes breuiter diſcretionis gratia proponunt.

Apex igitur ille, qui ſuper vocalem à medio ſiniſtrorsùm reſpectu paginę, recta linea aſcẽdit; is accentus acutus dicitur. Qui verò è contrà dextrorsùm aſcendit, accentus grauis. Et tandem accentus circumflexus dicitur ille, qui ex utroque inuerſa figura componitur: ut no´x pèr, mos. De quibuſdam aliis apicibus nonnihil in appendice ſubditur.

Acutus in penultima, ve

antepenultima, syllabam, quam ferit; eam esse dictionis prędominantem ostendit; ac proindè ipsa erit duplici temporis interuallo legenda, diciturque producta.

Grauis, ut patet, est acuto contrarius, cuius syllabę unico temporis interuallo legentur, & correptę dicuntur. Etenim harum tonus famulatorius est, à prędominante dependet, & unico spiritus impetu effertur.

Circumflexus esset suaptè natura communis utrique: ideoq; sesquimora (interuallo vid. unius temporis cum dimidio, ceu inter acutum, grauemque medius) pronunciari deberet: vel modò tanquā acutus, modò tāquàm grauis posset efferri.

Porrò obseruationes pręfatas stricto iure à priscis Romanę linguę patribus seruatas Grammatici referunt. Nunc autem, quia pręter rationes producendi, corripiendique; talis pronun-

cian-

ciandi tenor de circumflexo cognoſcitur: propterea acuto ſolùm attenditur, & circumflexus tanquàm acutus in penultimis accipitur. Grauis denique in ſingulis ſyllabis acuto, vel circumflexo non ſignatis, ſubintelligitur, eſtò nunc Typis non exprimatur, ut quondam. In ultimis verò quarundam indeclinabiliũ vocum modernis tẽporibus adnotatur, diſcretionis gratia, prout latiùs in prçcit. appen. Et in aliis iam viſum eſt ſat ſubintelligi, & à vocis prçdominante modulari.

Viſum eſt hactenùs de accẽtibus, quoad pronunciationem; & de ipſorum apicibus, ſeù figuris, vel notulis, ſed uniuersè: Videamus mox amabò de utriſque aliquantulùm clariùs.

Sequitur materia eadem clariusculè.

Caput III.

In Hyper dissyllabis.

IN Hyperdissyllabis, hoc est plus quàm duarum syllabarũ vocibus consideranda est penultime quantitas, que si longa fuerit; predominans erit, efferaturque producta, ut magister, studiosus, profecit p.p. & hoc etiam valet, quùm syllaba fuerit communis in carmine, sed in prosa producenda; ut ipsius, totius, unius p.p.

Si verò penultima fuerit breuis; tunc antepenultima erit predominans; etiam si ea sit pariter breuis: ut Dominus, Paries, tulimus p. c. Quod & valet, si syllaba communis in carmine, in prosa corripienda per regulã aliquam in superiore parte precipia-

cipiatur : vt feretrum, Palpebra, tenebræ p.c.

Diximus : etiam si antepenultima sit pariter breuis, ipsam nullatenùs pro longa vsurpari, & tanquàm vocis prædominantem efferri. Quia in huiusmodi casibus, quùm prædominans esse nequeat penultima, quia breuis : nec talis esse potest vltima, etiam si fuerit longa ; neque ex antepenultimam antecedentibus aliqua, prout superiùs vidimus: hac restrictione stãte recurratur, necesse est ad solam antepenultimam ; quæ si longa fuerit, quantitatis fungetur partibus : an in minùs, ex accidenti sortiretur famula Dominæ munus. Hoc est, siue longa, siue breuis fuerit, aut quomodolibet anceps ; pro longa, & exindè indifferenter tanquàm prædominans usurpabitur.

Apex acutus in penultima positus, non solùm significat illam esse vocis prædominantem,

vt diximus; sed esse talem; quia positione est longa: ut Pastores, & Sacerdos. Indicat quoquè, ultimam alia quapiam via esse etiam longam: ut in exemplis allatis.

Idem acutus in antepenultima significat, penultimam esse, saltem in prosa, breuem: ideoq; syllabæ prædominantis ratio habenda est in ea, quantacunque fuerit: vt præcipit, Dominus, palpebra, volucres.p.c.

Circunflexus in antepenultima locari non potest. In penultima verò significat, eam esse longam, non positione, sed aliundè: ac proindè vocis quoq; prædominantem; vt Romanus, sermonis p. p. Monet insuper, vltimam esse natura breuem: ut in exemplis allatis. Verùm hic rariùs obseruatur. Typographi namque videntur solo ferè in polysyllabis acuto contenti: quia ipsius ratio metrum fermè respicit.

In Dissyllabis.

IN dissyllabis vocibus, parum, aut nihil nunc ad pronunciãdi legem conducit accẽtus: quia moderni latini, vt vidimus, maiorum morem in huiusmodi nõ polysyllabis vocibus nõ cognoscunt. Itaque Regula generalis præposita, seruetur: vt prior pro prædominante indifferenter habeatur: siue longa, siue breuis, vel anceps ea undeuis fuerit: ut mater, Pater, Patres. Verùm pro metricæ quantitatis notitia duæ sequentes regulæ assignantur.

Acutus in priore significat, eam esse undequaque breuem, vel solùm positione longam: posteriorem verò vndeuis longam designat: ut dabunt, Parto.

Circunflexus in priore, significat, eam esse natura longã: posteriorem vero vndeuis breuem: ut musa casus nom. vel voc.

In

In Monosyllabis.

IN Monosyllabis tandem, circà pronnnciandi canonem, ratio eadem erit habenda, quam modò de dissyllabis dedimus: ut syllaba vid. illa pro prædominante indifferente habeatur.

Apex tamen acutus significat, syllabam esse breuem, vel solùm positione longam: ut sùm, mors.

Circumflexus verò significat, syllabam esse undequaque longam: vt mos, lux.

Porrò hæc à Typographis rarò nunc obseruantur: quia, vt patet, ac pronunciationem quid? solùm igitur curiositatis ergò adnotantur.



De

De Peregrinis vocibus.

Caput IV.

HActenùs de vocibus purè latinis. Quùm autem sint, & quamplura vocabula non latina ditãdę latinitatis, ergò in latium introducta; nè vel de his quicquam desideretur, subscripta notantur.

Quæcunque dictio non latina, siue ex idiomate Græco, siue ex Hebræo, Syro, Caldeo, vel ex alio vndeuis peregrino, aut barbaro ad nos fluxerit; duplicem rationem habere poterit: & secundùm alterutram pronunciabitur. Vel enim seruat declinationem, methodumque naturalem sui cuiusque idiomatis, & tunc suo naturali accentu debet enunciari. Vel est ad methodũ latinitatis translata, idest more declinata latino: & tunc debet latino accentu proferri. Sit exẽplum:

plum: Israel Hebraicè pronunciari potest vltima acuta, latinè verò nequaquàm. Immò penultima, quæ suaptè natura longa esset; usu Italiæ contrà quantitatis canones corripitur.

Porrò notandum erit, voces nonnullas huiusmodi, si indeclinabiles sunt; utrouis modo valet enunciari; latinè si; vel peregrinæ, iuxtà proprium, naturalemque accentum sui cuiusque idiomatis. Sic Dauid, Ierusalem, Noe, aliaque id genus sexcenta; hebraicè vltima acuta; latinè verò eadem correpta pronunciantur. Verùm quoties ad normam latinę declinationis redactæ fuerint; accentum latinū solummodò seruabunt; & tunc adinstar latinarum, nullo modo ultimam acuent; vt Dauid, Dauidis p.p. Noemus, Noemi p.p. Ierosolyma, inæ p.c. aliaque huiusmodi cum accentu in penultima, vel in antepenultima, more latino pronunciabimus.

Bis optimè igitur Amen latinè cum accentu in priore, hebraicè verò in posteriore potest efferri: at terque, quaterque barbarè dupla m Ammen enunciabitur.

Notandum est quoque, non dari certam accentus regulam apud peregrina vocabula, quæ inexceptò (prout apud latina) à norma quantitatis ortum ducat. Alia nanque habentia pen. quantitate longam; accentu corripiuntur; vt Μετέωρα, Αντιφωνα, meteora, Antiphona p. l. c. Alia ex aduerso pen. habentia quantitate breuem; accentu producuntur; ut Ευχαριστια, φιλοσοφία, Θεολογία, Eucharistia, Philosophia, Theologia p. p.

Quarè nè nos inconsulti erremus in huiusmodi pronunciādis vocibus; ubi Græcorum, aliorumuè moris notitiam non habemus, tutiùs iuxtà quantitatis canones latino accentu modulemur. Prout à fortiori, immò

& necessariò, latino accentu pronuncientur, quotiescunquè originariam declinationē reliquerint.

De litera I in Hebræis, Græcisque vocibus. Multa hæbræa, & græca nomina tenent I ante vocalem; quocircà ab hebræi, græcisque Idiomatis expertibus dubitatur; eritnè ly I consonans, an vocale?

Et quidem multi multa dicunt, quos tamen ego nec Hebræos, nec Græcos habeo; quales sunt Despauterius, & Aluarus, ipsorum sectatores. Ac propterea utrosque recolens, & neutros imitans; Grammaticam Hebræam Bellarmini, varios quoque Grȩcorum libellos, quantùm valui, pro certitudine consului. Et reperi, id verè sentiendum esse, quo Aluarus docet; nempè in Hebrȩis Iod esse consonans: in Grȩcis verò tam I, quàm H, & Y, esse vocalia. Nec ideò Despauterium per se erraſſe dicendum

dum est, nam id, non tanquàm Author, sed uti aliorum sectator dixit, ductus, vid. nebrissensis, Placentini, & Georgii Vallæ doctrina.

Itaque voces Hebreæ per I, consonans pronūciabuntur; græcæ verò per I, vocale. Quę autèm græcę simul, & hæbræę fuisse cognoscuntur; utrouis modò legentur, ut Iacob, Ioannes, Ioseph, Ierusalem, & alia, cum Sanctissimo Nomine IESVS, idest Saluator, quod in sacris Hymnis pro dissyllabo scanditur; ut IESV Coro-na vir-ginum. Et in aliis metris utroque modo habetur, vt Sanctumque indoctis laniatum nomen IESVS.

Hic nihilominùs est cautè aduertendum, nè quę solùm hebreę sunt, vel solùm græcę, pro communibus usurpentur. Quarum profectò discrimina quàm facillimè magni Thesauri linguę latinę, Calepini, Passera tii, aliorunque variorum Idiomatū

di-

dictionaciſtarum ſedula lectione patebunt.

Inter cętera, vulgatiſſima, & æquè piiſſima characteriſtica illa IHS (quę veriùs IHΣ ſcribẽda foret) quũ gręcis notis ſcripta ſit; grecè ſolummodò eſt legenda; ideſt per I, vocalem, ſic, I-E-SVS triſyllabon. Etenim ly I, eſt iota id. I, ly H, eſt ita, quod frequenter apud latinos in E, lõgum vertitur: ly Σ eſt ſigma, ideſt S. ubi ad integrum nomen deficit diphthongus OY, omicron, vpſilon, quę apud nos vertitur in V; & alterum Σ, quibus conſtitueretur Sãctiſſimi Noſtri Saluatoris nomen IHΣOYΣ, ideſt IESVS, in quo omne genuflectatur Cœleſtium, Terreſtiũ, & infernorum; & cui laus ſit, & gloria in ſecula ſeculorum. Amẽ

I quoque conſonare non poterit, etiam in merè latinis vocibus; quùm ante ſe h, adſpirationem habuerit, ut Hio, Hiaſco, Hiems; & multominùs in Hiero-

ronymus, Hyacinthus, & similibus grecolatinis. Quod pariter dictum volumus, si adspiratio post i reperiretur.

Cæterùm mirari aliquos super predictis, nolumus, quod nempè apud Grecos non detur l, consonans; quia variæ Nationes varias pronunciationes habent, & eadere varia quoque Abecedaria; prout singule sua vocabula legere valet, & scribere. Pro cuius rei ratione exempla occurrerent penè infinita; sed hęc pauca sufficiant. Hispani hanc notam ñ, quam nos legimus per duplex nn; vel per mn; ipsi per gn, molle pronunciāt; sic Peñafort, legitur Pegnafort. Hanc ll, per gl, molle legunt, ut Caualleros, Cauagleros, in cuius pronūciatione auditur quodam genus i, inter l, & e, licet nō ponatur. Has cha, che, chi, cho, chu, legūt per ccia, cce, cci, ccio, cciu; ut mucho, muccio. Muchacho, mucciaccio. Hanc i,

le-

legunt per gh crassum in gutture; ut ijo., igho; cujus pronunciationis genus idioma nostrum penitùs ignorat. Galli has literas ois legunt per ue, uel ua, ut ualois, ualuè, aut ualuà. Francois, Fransuè. Hoc nomen Monsieur legunt Monsù. Et hoc Madamigella legunt Madamoisè. Germani hanc notam VV, seu VV, in principio dictionum legunt per B, ut Vuenceslaus, Bĕceslaus. Hanc literam a, legunt per o, & quùm oportuerit uti uoce a, ipsum a signant sic, ä, uel ā. Et nostrates in utraque Sicilia [crassiùs uerò in ulteriori] non habent congenitum quodam genus d, in pronunciatione, quod per Hetruscos solet interpretari per duplex, vel simplex l, ut frateddu, fratello. ddà, là. Quæ quidem pronciatio exteris est ferè impossibilis, nedùm impropria? Est quoque aliud genus j, consonantis tam crassum in palato, vt vix à non Regniculis enunciari po-

poteſt: quod ſolet hetruſcè in fi vectiſ: vt ſumi, fiume, iuri, fiore.

Sed quid immocor in enarrandis exemplis aliorum Idiomatum; quùm ea in ipſo Græciſmo in promptu ſint? en Græci nequeunt pronunciare ce, ci, ge, gi vt nos; & κε, κι, γε, γι legunt penè tanquam, che, chi, ghe, ghi. E contrà verò θ, ideſt th legunt lingua dẽtibus interpoſita, quod latinitas ignorat, vel tanquam inpropriam eruditis tantummodò elucidat. vt in Theos, Athanatos, quæ non leguntur vt Teos, Atanatos.

Hæ verò, & ſeruentæ huiuſmodi pronunciandi varietates, de facili, abundèque patebunt illis qui moſcorum morem non amplexi, vel peregrinas Regiones peragrari, vel cũ peregrinis Perſonis verſari, ſeù peregrinis libris vacare, ſi otium fuerit, nõ dedignantur.

Poſtremò hæc adnotatio ſit quibuſcumq; generalis, & vnica:

quod in peregrinis vocibus, naturalis eius ratio, vbi constiterit, & certa fuerit; obseruetur: aliàs ad solā latinā methodum recurrito;

Ad prædicta omnia in hac parte.

Appendix Generalis.

INter cæteros syllabicos Apices hic specialiùs adnotatur geminus ille punctus, qui super vocalem aliquam describi solet, vbi, sit nè ea, cum præcedente coniuncta, diphtongumque compaginet: an non, hæsitatur, vt Aer, Ismael, Israel, Michael, Raphael, Poeta. Itaque vbicumque talis accentus habetur, significat vocalem illam per se stantem, nulloque modo cum præcedente coniungendum. Ad rationem verò pronunciādi nil addit, vel demit: equidem tanta proferenda est

da est huiusmodi punctis adnotata syllaba, quanta esset, si puncti illi non extarent. Quarè si vox latina fuerit, latino accentu sin peregrina, peregrino, vt iam diximus, pronuncietur.

Extat, & alia Accentus species Acuto similis, quæ super Encliticas, seu Inclinatiuas particulas apponitur, præsertim in compositione accidentali: Se quando, nè, què, vè, pro, num, &, uel alicui voci adiungitur: vt Studensne, discisque, docesue; hoc est nùm studes, & discis, vel doces? fitque ad denotandum, compositionem illam non esse perpetuam: vt in non ne, quandoque siue, &c. in quibus apex necessarius non est: & quæ in ordine constructionis disiungi nequeunt. Igitur ad pronunciationem non attinet: sed ad præfatam discretionem tantummodò.

Quùm autem huiusmodi cōpositio fieri contingat cū vocibus variis: nempè, quæ habent

pen, productē, vel correptam: & quæ desinunt in vocali, vel in consonanti: hinc regulam istam, notes, oportet.

Si vox quæcumque, cui ex enditicis aliqua adiungi contigerit, desinentiam habuerit in consonanti, etiam simplici, tunc omninò ad Positionem recurrito: vt in præfatis exemplis apparet: in quibus accentus transponitur in penultima: siue vox illa per se haberet pen. corr. siue productam: vt studemusque, discimusque, &c. p. p.

Si verò desierit in vocali, subuidendum erit, vtrùm vocalis illa sit longa, vel breuis: quod si longa, vt in Petro, in illam transponitur accentus: sic Petròque p. prod. Si breuis iterùm subuidendum erit, vtrùm vox illa per se stans habeat pen. prod: uel corr: quòd si productam, huiusmodi postea composita vox pronunciatur pen. corr. ut uenerabile nomen Maria. p. p.

& Ma-

& mariàque casus nomin. uel uocat.p.c. sin correptam,ut Maria pro congregatione aquarum p.c. ad aliud pronunciationis genus, recurratur, oportet: nam mariàquę. u. g. Animàque, faretràque,& similia casus nom. uel uoc. nequeunt pronunciari. p.p.quùm ly a sit breue : nec p. c. cum accentu in antep. quæ est pariter breuis. Pronuncientur itaq; tanquàm si duæ penè fuerint dictiones sic Maria-quę, Anima-que,faretraque.

Porrò dixi:pene: ad hoc,ut cautè procedatur ; nè uidelicet inter penultimam, & ultimam huiusmodi uocum compositarum,spiritus distinctio fiat tanta, ut plane duæ uoces distinctę,non una composita,uideatur. Equidem sicut aures offenderet qui Animàque, Arieteque pen. uel antepen. acuta, tamquam unicam omninò, simplicemuè dictionem diceret; sic pariter qui Anima-que, &c. nimia spiritus

ſtinctione,ceù nullo prorsùs modo ſy que prepoſitæ uoci coniũctum foret: nam cenſeretur utique ab Auditoribus non inclinatiuum eſſe, ſed relatiuum quæ.

Idem; quod de habentibus pen.bre. diximus;ſeruetur quoque in habentibus pen. com. ſed in proſa corr: ut in allato exemplo faretràque,

Circumflexus in ultimis quarundam uocum per ſyncopen diminutarum,deſcribi ſolet: ut deum,pro deorum.Item quandoque ſuper aduerbio Hic, & ſimilibus. Ad pronunciationem uerò nihil affert, præterquam in penultimis polyſyllaborum: ubi pro acuto, ut diximus, à nobis habetur.

Gratis in fine ſeu etiam Acutus, ut quondam ſolùm diſſcretionis gratia ponitur in ultimis quorundã uocũ indeclinabilium:nè uidelicet cum ſynoymis

de-

declinabilibus confũdãtur:ut Aliàs,certè, doctè,fictè,Germanè, Circà cõtrà,Palàm &c.Quarè lectores non moueat apex huiusmodi ad pronũciandum ultima acuta uoces similes: nam quùm optimorum virorum præceptis, communique,& approbato usui aduersarentur aliter, quàm in Regulis dictum est,pronunciando; fustigatione se demeritos mouerint.

Quotiès autem ab aliquibus contrarium uideris, nè sequare: quia estò in alii disciplinis sint isti pollentes, vbi accentuandi Canonum expertes fuerint; à nemine sunt audiendi: &c. si quidã scioliores hos imitantur, vtrosque die nugari. nam uel Grammaticorum regula quæ generalis est, & in excepta,valet, uel non: & si non ualere istis placuerit, undè est, cur hoc, tantum, & illud uocabulum in vltima accentuatum,


non autem omnia, & singula similli accentu notata: ut certè, latinè, scitè, & alia id genus sexcenta; postrema syllaba producant? quænàm potior ratio in uno quã in alio assignabitur? ubinàm istorum gracilitantium garrulitas fundabitur? usu, respondebit aliquis. Et is quoque, quisquis erit, nugabitur. Vbi consuetudo? moscorum nugacitas, an eloquentum prudentia ritum constituet? Immò acriter, totòque studentum conatu, sicut in cæteris, in hac parte inuigilari oportet; ut legitima fiat usuum discretio: solent etenim nonnulli aliquorum (etiam si magistelli fuerint) abusus, abolendasq; corruptelas; pro ueris usibus, approbatisque moribus suo arbitratu amplecti.

Hæc dixi pro deprimenda quorundam petulantia. Ceterũ si cui, clarioris, & esuauiorisque gratia loquelæ, de recto pronunciationis tramite discedere quan-

quandoque videbitur; nè cum tanto loquentis incommodo, vel affectantia [qui nec ad legis præcepta necessitatis tempore cogimur) ad Grammaticorum canones tam arctis vinculis adstringamur: præcipuè quùm Grammaticam professi, & ad superiores incumbentes disciplinas, latinitati practicè, vel per modum habitus; non methodicè, seù per modum actus amplius, vacantes; grammatica elementa pueriliter obseruare nequiremus. In huiusmodi, inquam, euentibus [ut in præterquàm) orationis decorum, suauitatemque, & pro Auditorum captu, ac delectatione seligat. locorum usus à prudentibus approbatus, consulatur in omnibus: nam ab huiusmodi eruditis viris, linguarum Canones introducti fuere. Et expedit quandoque dicere cum M. T. Cic. Romanæ eloquentiæ Principe: Scientiam mihi reseruo

usum Populo concedo. Equidem non Homines verbis, sed verba hominibus inseruire debent, pro quorum commodo inuenta fuerunt, vt nummi, & cætera usualia. Verùm, quò fieri poterit, parciùs hac licentia utaris: nè idiomatis candor, ubi necessitas non postularit; licentiosè nimis, & leuibus ratiunculis contaminetur.

Dixi tandem: verbis: nam seruitutem omnem, & reuerentiam profitemur, protestamurque Verbo Aeterno, per quem omnia facta sunt, & cui Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo, cum Patre, & Spiritu Sancto sit Deo nostro in secula secolorum. Amen.



PARS TERTIA.

Pronominum Sanctorum.

Ex

MISSALE ROMANO.

Sectio prior.

A

ABacum ind. p. c.
Abdon, ind. diſs,
Achilleus, ei p. b. a.
Adauctus, cti p. p.
Afrianus, ni p. p.
Aegidius, dii p. c.
Agapitus, ti p. c.
Agatha, thæ p. c.

Agnes, etis p. p.
Agricola, læ p. c.
Alexander, dri p. p.
Alexius, xii p. c.
Ambrosius. sii p. c.
Anacletus, ti p. p.
Andreas, æ p. b. p.
Anastasia, æ p. b. p.
Anastasius, sii p. c.
Anicetus, ti p. p.
Anna, æ 2.
Antonius, ii p. c.
Apollinaris, ris p. p.
Apollonia, æ p. c.
Apuleius, leii p. p.
Athanasius, sii p. c.
Audifax, acis p.
Augustinus ni p. p.

B

BAcchus, chi 2.
Barbara, ræ p. c.
Barnabas, æ p. c.
Bartholomæus, æi p. p.
Basilis, p. p. edis p. c.

Basi-

Basilius lii p. c.
Beattix, icis p. p.
Benedictus, cti p. p.
Bernardus, di p. p.
Bibiana, nę p. p.
Birgitta, tę p. p.
Blasius, sii p. c.
Bonauentura, rę p. p.
Bonifacius, cii p. c.
Bruno, onis p. p.

C

CAecilia, ę p. c.
Caietanus, ni p. p.
Caius, ii 2.
Callistus, sti p. p.
Canutus, ti p. p.
Casimirus, ri p. p.
Cassianus, ni p. p.
Catharina, nę p. p.
Celsus, si 2.
Christina, nę p. p.
Christophorus, ri p. c.
Chrysanthus, thi p. p.
Chrysogonus, p. c.

Cla-

Clarara, ræ. 2.
Clemens, tis p. p.
Cletus, ti 2.
Carolus, li p. c.
Coradus, di p. p.
Cornelius, lii p. c.
Cosma, mæ 2.
Crescentia, æ, p. c.
Cyprianus, ni p. p.
Cyriacus, ci p. c.
Cyrinus, ni p. p.

D

DAmasus, si p. c.
Damianus, ni p. p.
Daria, æ p. p.
Dionysius, sii p. c.
Didacus, ci p. c.
Dominicus, ci p. c.
Dimitilla, læ p.p.
Donatus, ti p. p.
Dorothea, æ p. b. a.

E

ELeutherius, rii p. c.
Elisabeth. ind. p. c.
Emerentiana nę p. p.
Epimachus, chi p. c.
Erasmus, mi p. p.
Euaristus, sti p. p.
Euentius, tii p. c.
Euphemia, ę, p. b. a.
Eusebius, bii p. c.
Eustachius, chii p. c.

F

FAbianus, ni p. p.
Faustinus, ni p. p.
Felicianus, ni p. p.
Felix, icis p. p.
Felicissimus, mi p. p.
Felicitas p. c. atis p. p.
Francisca, scæ p. p.
Franciscus, sci p. p.

G

GEminianus, ni p. p.
Georgius, gii p. c.
Geruasius, sii p.c.
Gordianus, ni p. p.
Gorgonius, nii p. c.
Gregorius, p. c.

H

HEnricus, ci p. p.
Hermenegildus, di, p. p.
Hermes, etis p. p.
Hieronymus, mi p. c.
Hilarius, rii p. c.
Hilarion, onis p. p.
Hippolytus, ti p. c.
Hyacinthus, thi p. p.
Hyginus, ni p. p.

I

IAcobus, bi p. p.
Ianuarius, rii p.c.

Ignatius, tii p. c.
Innocentius, tii p. c.
Ioachim, ind. p. c.
Ioannes, nis p. p.
Ioſeph iud. 2. vel p. p.
Iouita, tę p. p.
Iudas, dæ 2. vel p. p.
Iuſtina, næ p. p.
Iuuenalis lis p. p.

L

LArgus, gi 2.
Laurentius tii p. c.
Leon, onis p. p.
Linus, ni 2.
Lucas, cæ 2.
Lucia, æ p. b. p.
Lucius, cii p. c.
Ludouicus, ci p. p.

M

MArcellianus, ni p. p.
Marcellinus, ni p. p.
Marcellus, li p. p.

Mar-

Marcus, ci 2.
Margarita, tę p. p.
Maria, ę p. b. p.
Magdalena, nę p. p.
Marius, rii p. c.
Martha, thæ 2.
Martina, næ p. p.
Martinianus, ni p. p.
Martinus, ni p. p.
Matthæus, i p. p.
Matthias, æ, p. b. p.
Mauritius, tii p. c.
Maurus, ri 2.
Maximus, mi p. c.
Melchiades, dis p. b. a.
Menna, nę 1.
Michael p. l. e. elis p. p.
Modestus, sti p. p.
Monica, cę p. c.

N

NAbor, boris p. p.
Nazarius, rii p. c.
Nereus, rei p. b. a.
Nicolaus, ai p. p.

Nicomedes, dis p. p.
Norbertus, ti p. p.
Nympha, phę 2.

P

Pancratius, tii p. c.
Pantaleon, onis p. p.
Patritius, tii p. c.
Paulinus, ni p. p.
Paulus, li 2.
Perpetua, ę p. c.
Petrus, tri 2.
Petronilla, læ p. p.
Philippus, pi p. p.
Pius, ii 2.
Placidus, di p. c.
Policarpus, pi p. p.
Pontianus, ni p. p.
Praxedes, dis p. b. a.
Primus, mi 2.
Prisca, ſçæ 2.
Proceſſus, ſi p. p.
Prothaſius, ſii p. c.
Prothus, thi 2.
Pudentiana, næ p. p.

R

RAphael p.l.c.elisp.p.
R a
Raymundus,di p.p.
Remigius,gii p.c.
Respycius,cii p.c.
Romanus,ni.p.p.
Romualdus,di p.p.
Rufina;næ p.p.
Rusticus,ci p.c.

S

SAbba,bæ 2.
Sabina,næ p.p.
Saluator,oris p.p.
Saturninus,ni p.p.
Sebastianus,ni p.p.
Secunda,dæ p.p.
Sennen ind.2.
Sergius,gii p.c.
Siluerius,rii p.c.
Siluester,stri p.p.
Simeon p.c.onis p.p,
Simplicius,cii p.c.

Sma-

Smaragdus, di p.p.
Soter, eris p.p.
Staniſlaus, lai p.p.
Stephanus, ni p.c.
Suſanna, næ p.p.
Symphorianus, ni p.p.
Symphoroſa, ſæ p.p.

T

TEleſphorus, ri p.c.
Tereſia, æ p.c.
Thecla. cle 2.
Theodorus, ri p.p.
Theodulus, li p.p.
Thomas, mę 2.
Tiburtius, ti p.c.
Timotheus, thei p.c.
Tryphon, onis p.p.

V v

VAlentinus, ni p.p.
Valerianus, ni p.p.
Vbaldus, di p.p.
Vvenceſlaus, lai p.p.
Victor, oris p.p.

Vincentius,ti p.c.
Vitalis,lis p.p.
Vitus,ti 2.
Vrbanus,ni p.p.
Vrſula,lę p.c.

X

XYſtus,ſti 2.

Z

ZEphyrinus,ni p.p.





RVDIMENTA GRAECA.

SECTIO POSTERIOR.

De literis per ordinem Alphabeti.

CAPVT I.

Græci literas habent quatuor supra viginti, quæ sequenti Indice continentur: vid.

Α, α.	A, a.	Ἄλφα, Alpha.
Β, β, ϐ,	V, v.	Βῆτα. Vita.
Γ, γ.	G, g.	Γάμμα, Gamma.
Δ, δ.	D, d.	Δέλτα, Delta.
Ε, ε.	E, e.	Ἐψιλόν, Epsilon.
Ζ, ζ.	Z, z.	Ζῆτα, Zita.
Η, η.	I, i, lon.	Ἦτα, Ita.
Θ, θ, ϑ,	TH, th.	Θῆτα, Thita.

Ι,ι. I, i, bre.	Ἰῶτα, Iota trisyl.
Κ,κ. K,k.	Κάππα, Kappa.
Λ,λ. L,l.	Λάμβδα, Lābda.
Μ,μ. M,m.	Μῦ, My.
Ν,ν. N. n.	Νῦ, Ny.
Ξ,ξ. X,x.	Ξῖ, Xi.
Ο,ο. O,o par.	Ὀμικρὸν, omicr.
Π,π,ϖ. P,p,p.	Πῖ, Pi.
Ρ,ρ. R, r.	Ρῶ, Rò.
Σ,σ,ς. S,ſ,s.	Σιγμα. ſigma.
Τ,τ. T,t.	Ταῦ. Tau.
Υ,υ. Y,y.	Υψιλον. Ypſilon.
Φ,φ. PH, ph.	Φῖ, Phi.
Χ,χ. CH. ch.	Χῖ. Chi.
Ψ,ψ. Pſ,pſ.	Ψῖ. Pſi.
Ω,ω. O,o ma.	Ὠμέγα. Omega.

Adnot.

Hæ diuiduntur in vocales, & conſonantes. Vocales ſunt ſeptem A, E, H, I, O, Υ, Ω. Reliquæ omnes ſunt conſonantes; quæ diuiduntur in ſemiuocales, & mutas. Mutæ ſunt nouem, ex quibus tres ſunt. Tenues, ut K,

Π,T: tres mediæ, ut B,Γ,Δ: & reliquæ tres adspiratæ, ut Θ, X, Φ.

Semiuocales sunt, quæ mutis supersunt, & ex his tres sunt duplices, ut X, Ξ, Ψ, cæteræ verò simplices, ex quibus quatuor sunt liquidæ, ut Λ, M, N, P: & Σ, residua dicitur solida.

Collatio Alphabeti græci, cum Abecedario Latino.

CAPVT II.

A,a. A,α,	P,p. Π,π,ϖ.
B,b. M,Π,μπ.	R,r. P,ϱ.
C,c. K,k.	S,ſ,s. Σ,σ,ς.
D, d Δ,δ.	T,t. T,τ.
E,e. E,ε.	u,u. OY,ου,ȣ.
F,f. Φ,φ.	V,v. B,β,ϐ.
G, g. Γ,γ.	X,x. Ξ,ξ.
H,h. c.	Y,y. Y,υ.
I, i. H,I;η,ι.	Z,z. Z,ζ.
H,k. K,k.	CH,ch. X,χ.
L,l. Λ,λ.	PH,ph. Φ,φ.
M,m. M,μ.	PS, pſ. Ψ,ψ.
N,n. N,ν.	QV,qu. KOY, Kȣ.
O, o. Ω,O; ω,ο.	

ADNOT.

GRæci nõ habent proprium B,Q, & V, vocale: quapropter utuntur Mπ, ad explicandam vocem noſtri B, aduertas tamen, quod Mπ, legitur per MB, nõ per ſolũ B. Itẽ HOY, in ſupplementum noſtri Q: verùm legitur potiùs tanquam cu, uti vera ſyllaba, quàm tanquam QV, cum V, liquido. Vlterius OΥ, pro V, vocale; nam B, V, conſonans eſt. Neque H, latinum habent, cuius loco utuntur ſpiritu aſpero ῾, de quo inferiùs.

Κά, κό, κῶ, κῦ. Γά, γῶ, γῶ, γῦ, apud illos leguntur, ut apud nos Ca, co, cu. Ga, go, gu. Sed Κὶ, κὴ, κὶ, κυ. Γὶ, γὴ, γὶ, γὺ; tanquam Che, chi, chy. Ghe, ghi, ghy. At γὶα, γὶε, γὶο, γὶȣ; tanquam jia, jie, jio, jiu.

O, vt ſupra diximus in ſecunda parte, pronunciatur lingua

gua dentibus interposita. T, verò semper durè profertur: nam pro Tia, tie, tij, tio, tiu latinorū, illi utuntur TZια, τζιε, τζιη, τζιο, τζιυ.

Cæterum, quàmplurimas, & quàm frequentissimas varietates in græca lectione occurrentes: maximè propter diuersitates dialecticorum, nempè Atticæ, Ionicæ, Aeolicæ, Doricæ, & Poëticæ: tam pro metris, quàm pro solutis orationibus; videatis apud Gretserium, Aldum Manutium, Gagliarum, Pantaleontem, aliosque græci Idiomatis scriptores penè innumeros. Quod consultum volumus, cùm pro hactenùs dictis, tùm pro mox dicendis.

De Diphthonis, & earum potestate.

CAPVT III.

Vocales, ex quibus duæ sūt semper longæ, ut H, Ω:

duæ ſemper breues, ut E,O: & tres reliquæ ancipites, ut A,I,Υ: ex his duodecim conflantur diphthongi, quarum ſex dicuntur propriæ, ſex verò improprię.

Proprię ſunt AI, αι. AΥ, αυ. EI, ει, EΥ, ευ. OI, οι, OΥ, ου.

Impropriæ autem A, ᾳ. H, ῃ. Ω, ῳ, Υ, υι, HΥ, ηυ, ΩΥ, ωυ.

Porrò ſic leguntur: αι, tanquã ae, ſunt αἶγλε aegis: αυ, tanquàm au, ut αὐλή, auli: ει, tanquam i, longum, ut χείρ, chir: ευ, tanquàm eu, ut εὖγε, euge: οι, tanquam i, longum, ut οἴμοι, imi: ου, tanquam u, vocale, ut οὔκουν, ucun.

Item ᾳ, ideſt α, cum ι, ſubſcripto legitur tanquam a, longum: ῃ, η, com i, ſubſcripto, tãquam i, longum: ῳ, ω, cum i, ſubſcripto, tanquam oe, vel o, longum; ut Κωμῳδία, τραγῳδία, Comœdia, Tragædia; παλινῳδία, Palinodia; προσῳδία, vel Proſodia, υ, υ, cum i, ſubſcripto; tan-

quam

quam i, longum ; ut ἅρπυια, harpya : υι, tanquam iu : & ου, tanquam ou.

ADNOT.

EI, quandoque legitur, tanquam i longum : & EY, tãquam u, pariter longum, pro metri exigentia : ut Orpheus, Orphei, tanquam Orphus, Orphi. Verùm quoties leguntur integrę, proferantur juxta prudentum usus : nam Orpheus, ei, solet efferri p. p. & Achilleus, ei, p. c.

De accentibus, spiritibus, & apostropho.

CAPVT IV.

PRincipales Græcorum accẽtus tres sunt, acutus, grauis, & circumflexus, & eandem vim habent, quam nostri: Possunt nihilominùs (quod nobis non li-

cet) Greci locare acutum in ultima.

Spiritus duo sunt leuis, seù tenuis, & asper, seù dẽsus; leuis ponitur super vocalem, aut diphthongum, e & etiam super ρ in principio dictionis: verùm nihil addit, vel demit naturali illius literę pronunciationi: sicut asper, qui est tanquam nostra adspirationis nota h; figura verò lenis est paruum c conuersæ, ut ἐγώ ego: asperi autem est huiusmodi c directum, ut ῥωμη, rhomi.

Apostrophus nota est rejectę vocalis, vel diphthongi, quùm sequens dictio à vocali incipit: ejus figura est similis spiritui leni; sed cũ hac differentia, quòd ille super vocalem ponitur, hic autem à latere in superiori parte post literam; prout apud nostrates in sermone Italo fit.

Vbi verò apostrophus fiat scire si velis, scriptores consule precitatos, vel alios, si qui tibi fa-

facilius prestò fortasse fuerunt.

De literis colligatis.

CAPVT V.

QVamplurimæ literarum colligationes à Grçcis inscribendo fiunt, quas hic adnotasse placeat.

αι	αι	τὸν	τὸν
αυ	αυ	πυ	πυ
ἀπο	ἀ,πο	ος	ος
ας	ας	ψι	ψι
ει	ει	τα	τα
ευ	ευ	ὑπο	ὑπο
μεν	μεν	ρι	ρι
τα	τα	θυ	θυ
νη	νη	ρω	ρω
και	και	παρα	παρα
ται	ται	περι	περι
χρ	χρ	προ	προ
Ἰῆς	Ἰῆς	ὑπο	ὑπο

F I N I S.

Brieue Trattato della pronunzia Italiana.

L'è proprio delle madri trasfonder nelle figlie, assieme colla natura le doti, per lo più qualificatiuo la sua condizione: quindi nella lingua Italiana sperimentiamo delle molte, e molte imitazioni della latinità. Ma poichè questo [quasi mi dica) secondo germoglio della confusione Padre non hà sortito, chè di fatta più, che disguale, qual fù il Barberismo: mentre chè da Goti, ed altri Barbari occupato l'Impero Romano, latinizando coloro, e barbarizando i Latini per farnos'intender l'un l'altro, massime per i cotidiani bisogni del commun sostento; talmente dalla propria, e natia favella gli uni, e gli altri dipartironsi, che del loro misto parlare (confinata nel recinto dell'Arte Grammaticale

le la madre adultera, per poi sẽpre lapidarsi da'momi: e per il medesimo fallo di là de' monti il Drudo) questo spurio parto di lingue venne ad introdursi pochi secoli fà nella nostra Italia. Perciò, dico, trauiar la vediamo più volte dal sentiero de' latini in quello de' Barbari: anzi vi pratticamo voci, e modi di parlare tali, che non sapremmo dir, se più tosto fussero di nuouo da nissun presupposto origine creati, che da altro principio prodotti. E per tanto esser mai non possono appo i nostri generalissime le regole del latinismo. Io nientedimeno per quãto porta il ristretto di queste poche paggini, e la fretta d'aggiungernosi alla Prosodia Ecclesiastica, porrò quì alcune osseruazioni sopra la detta lingua Italiana, che per eccellenza di quel distretto, ove singolarmẽte fiorisce, dicesi pur Toscana: sicome Romana per simil mo-

tivo la latina nomavasi. Ed in grazia di chi adoprerà quest'Operetta per loro primo tirocinio alla Germana pronunzia della lingua latina; le registrerò al più, che converrà, secondo le regole date nell'Opra: con di poi ciò, di particolare parrāmi à proposito delli Assunto. E per farmi da principio.

Della vocale avant'all'altra vocale.

ABbrevianfi di lor natura tutte quelle penultime; dopò la cui vocale, ne siegue altra, v.g. giudizio, giustizia, Catania, Actio, linceo, &c.p.c. eccettuādone però alcune persone verbali, come più sotto; e qualch'altra voce, che forse altrimenti da buoni Scrittori, od erudite Accademie và proferita.

Ciò l'è per le voci volgarlatine, che dalla latinità immedia-

diatamente da noi si tramandano: perchè nelle volgar peregrine non si dà certa legge, sicome nell' Opra detto abbiamo. Ecco Anastasio p. c. e d'Anastasia p. p. dicesi, quando, che l'un, e l'altro nome la medesima quantità nel Greco conoscono. Eucaristia, Lucia, Maria, Filosofia, Prosodia, Teologia, Vngaria, e d'altri p. brievi di quantità, e prodotti d'accento p. c. Alessandria, Antiochia, con qualche altra p. l. per dittongo. E per tanto in simili voci lodiamo più tosto l'uso de' prudenti, che la rigidezza dell'arte, quãdo senz' affettazione osservarsi non si puole.

Del Dittongo.

IL Dittongo appresso gl'Italiani, o manifesto ritrouasi, over tacito: questo dal latino dipende, e quello d'ordinario è proprio de' nostri.

Il tacito (sò, che potrebbesi dir la dittongo tacita,&c. mà con buona licenza del Tesauro ; mi par di seguir la commune) fà lunghe tutte quelle penultime , nelle quali si troua espresso appò de'latini,ò forestieri, v.g.uccido dà occido , che viene da ob , & cædo : Matteo, Tropea dà *Matthæus Tropæa* , Avvertendo , che Alessandria, ed Antiochia , quantunque in greco avessero il dittongo , si proferiscono] p. c. come poco sopra s'è detto .

Il manifesto,è quando in una parola Italiana si ritrovano due vocali assieme germogliate da una sola(quantunque per lo più brieve) appo i Latini, v. g. piace ; brieve,piede, Pietro,siede , tiene;cuore,muove,nuoce, suona , tuona ; dà *placet; brevis, pes, Petrus,sedet,tenet,venit;cor, movet, nocet,sonat,tonat* : Che poi non è così, se altrettante vocali si troveran nel latino , v. g. pio da *pius.*

pius gia da *ibat*. Notando però figlio dà *ibat*, e sia dà *sit* con qualch'altra di questo genere; atteso non pare conveniente dir figlio per trè sillabe, nè sia per una: mà si bene figliuolo per quattro, stando per dittongo uo: e così siamo, ove per predominante stà a. Lo stesso corre in quelle parole, che verisimilmente in latino si dirrebbono per una vocale, v. g. giardino, che volendosi barbaramente latinizzare, direbbesi jardinum coll'j consonante: e questo per ordinario accade nelle sillabe in cia, cio, ciu; gia, gio, giu, v.g. Cimbellano, Cioccolata, Ciurmeria; gianizzero, giottonia, giuncata.

Nelle voci volgar peregrine s'osserva la natura del loro linguaggio: e così Giacomo, Giuseppe, e simili alla greca si dovrebbono dir per quattro sillabe senza dittongo; perchè l'i appresso de'Greci (come nell'ope-

ra diceſi) è ſempre vocale: mà all' Ebrea (è più piacevolmente) ſi dicono coll'ia, iu dittongo per trè ſillabe; atteſo la iod di coſtoro è ſempre conſonante.

Notiſi, che queſti dittonghi Italiani ſi ſervono della ſeconda vocale per ſede dello ſpirito predominante: ov all' incontro i Latini della prima, anche in volgare, v. g. fraude in cambio di frode, laude per lode, e ſimili. Ed in tanto inmuove l'accento, ſi fà ſopra l'o, ed in fraude ſopra l'a; pronunziando molto ſdruſciola, quaſi mezza vocale l'u, nell'uno, e nell'altro eſſempio; ſecondo la regola data pur nell'Opra. *par. 2. de diphth.* 118.

Della poſitione, e liqueſcenza.

DElla poſizione l'è regola commune anch' all'Italia di produrſi; v.g. Maſtro, toltine però Otranto, e Taranto con qual-

qualch'altro ſimile p.c. qu antũque in latino Hydruntum , & Tarentum p.p.

Non così della liqueſcenza: mentre poche ſono quelle voci, che la mantengono frà noi, come interpetre, penetra, tenebre, ed appo d'alcuni ancor funebre , con qualch'altra p.c. e nel verſo communi.

Della compoſizione.

LA compoſizione vuole neceſſariamente ſeguir trà noi ciò , che fra i Latini : ed è perpetua queſta regola ne gl'infiniti , come amarlo, tenerlo, udirlo, p.p. legerlo p.c. perche tali ſono reſpettivamente i loro ſemplici amare , tenere, udire, legere . E qui ſi corregge la ſẽplicità di tal'uno ἀ'ρχιόνοσ, mẽtre arcicurato ſi fà uſcir di bocca cõtraerſi p.c. come cõtraere, ò pur contraerſi p.p. come contrarre dir ſi dee .

Nè in ſimili eſſempij ſolo tiene il ſuo luogo, mà di vantaggio in quei, che hanno creſcē. za di ſillabe, v. g. legerloſi, ò legerſelo; contraerloſi, ò contraerſelo, e ſimili coll'accento nella precedente all' antepenultima. Si veda di tali infiniti la propria regola più ſotto.

Della Derivazione, e diminuzione.

LA Deriuazione, ò pur Denominazione, aſſieme colla diminuzione è lunga, v. g. Adamantino, porporino, fanciullino, e ſimili p.p.

E s'auuerta, che quantunque ſia p. c. in latino audii di minuto dà audiui p.p. pur non di meno ſi mantiene lungo udii, dà udivi in volgare.

Della Terminazione.

LA terminazione in vocale ritrovaſi brieve nella compoſi-

